



Kf. S. 1120. b.
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIS PVBLICI *4, 278.*

DE 1783, 9

**IVRE DELECTVS
IN SACRO ROMANO
IMPERIO.**

*QVAM
SVB AVSPICIIIS REGIIS*

*CONSENSV ET AVCTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS*

PRO

LICENTIA

*SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE ET LEGITIME
CAPESSENDI*

D. XXX. MAY. CCCLXXXIII

H. L. Q. C.

P V B L I C E D E F E N D E T

WILHELMVS SCHLÜTER

H A M B U R G E N S I S.

**GOETTINGAE,
LITTERIS IOH. CHRIST. DIETERICH
ACAD. TYPOGR.**

DISTRIBUTIO INAGARIAE IURIS PATERC

IARAE DEFECTAS
IN SACRO ROMANO
IMPERIO

SACRA AGRICULTURA
CONFUSIONES VITRATATAS
HISTORIS ETIOTUM ORIGINIS

EDITIONIS
SUMMOS VITRACIAE MONS RITETE FONTE
CARTERIS

XXX VIIA CCCCXXVIII

WILHELMVS SCHÜTTER

HERMANVS

LAETORES DUCANT

GÖTTINNÆ
FESTIBVS IOH CHRISTI DILECTIONIS
LAUDIS

~~INCLYTAE TUTAT~~

LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII

~~CIVITATIS MUNICIPALIA HAMBVRGENSIS~~

SENATI VI
~~TIBAT CALIDAR~~
SPLENDIDISSIMO

VIRIS

~~MAGNIFICIS, PERILLVSTRBVS, EXCEL-~~

LENTISSIMIS, CONSULTISSIMIS,

AMPLISSLIMIS,

~~PATRIAE PATRIBVS~~

FAVTORIBVS OPTIMIS

LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII
HAS STUDIOVM SVORVM PRIMITIAS

SACRAS FACIT

TANTORVM NOMINVM

CVLTOR OBSERVANTISSIMVS
WILHELMVS SCHLÜTER.

CONSPECTVS.

CAP. I. De iure principis delectus instituendi in alieno territorio; et de obligatione alterius eos recipiendi.

I. Generalia

1) De fundamento iuris conscribendi milites yniuersim.

a) In quo consistat. §. 1.

b) Cui competat.

a) In genere §. 2.

b) In Germania.

1. Vi summi imperii §. 3. 4.

2. Vi superioritatis territorialis.

A) Statibus Imperii. §. 5.

B) Liberiis Imp. ciuitatibus §. 6.

2) Sigillatim de delectibus.

a) Actus ipsi delectus, eorum natura atque indeoles §. 7.

b) Ius delectus. §. 7. pr. §. 8 — 17.

a) An competit in alieno territorio, huiusque dominus obligatus sit, delectus recipiendi?

1) Intuitu liberarum gentium, statuumque Imp. §§. 8-16.

A) Videtur quod sic. §. 8.

B) Probatur quod non

I) Ex natura rei §. 9 — 12.

II) Ex indeole iuris maiestatici §. 13.

III) Ex praxi.

a) Ex declaratione expressa plurium §. 14.

b) Ex mandatis poenalibus. §. 15. 16.

2) Intuitu liberarum ciuitatum Imp. §§. 17

II. Specialia:

1) De iure exterorum delectus instituendi in Germania. §. 18-20.

2) De iure Imperatoris in Imperio.

a) Qua status temporii §. 21.

b) Qua Imperatoris in bellis imperii §§. 21-24.

3) De iuribus statuum Imperii.

a) In genere §. 25.

b) In specie, de iuribus Directorum et Ducum circularium

§. 26-28.

CAP. II. De quibusdam casibus, vbi status Imperii obligantur non recipere delectus.

- 1) Si iura neutralitatis eis laeduntur. §. 29 — 31.
- 2) Si tractatus cum aliquo initi eis rumpuntur. §. 32.

CAP. III. De requisitis in receptione delectuum alienorum.

- 1) De requisitione §. 33.
- 2) De productione litterarum patentium (des Werb-Patentes.) §. 34.
- 3) De conditionibus sub quibus recipiuntur conductores, quae sunt:

a) Generales, quarum fundamentum est, ne reip. noxae fiant conscriptiones militum, quod fieri possunt,
x) Quoad personas §. 35. si conducuntur, quorum intuito reip. interesse, ne conscribantur. Conduci potest quilibet, qui liberam de sua persona disponendi facultatem habet. Haec restricta esse potest;

A) Ob causas naturales.

B) Civiles, scilicet ob nexum cum alio

I) Cum statu.

II) Cum priuato.

β) Quoad modum si illegitime peraguntur, et quidem:

A) Si inuiti conscribuntur. §. 36.

B) Si agitur contra id quod secundum leges requiritur:

I) Ad validitatem conventionum in genero.

2) In specie ad validitatem conductionum militum. De arrha militari (vom Handgels). §. 37.

b) Speciales. §. 38.

CAP. IV. De delictis atque excessibus conductorum militum.

1) Eorum qui sine concessione data delectus instituant. §. 39 - 45.

2) Rite constitutorum. Quorum delicta sunt

a) communia. §. 46 - 55.

b) militaria.

α) si homines conductunt, qui subditi aliorum principum sunt. §. 56.

β) si leges aut conditions sibi praescriptas violant. §. 57.

PROOE-

102, 103 first color.
that position ours, as friends were now best off than
those who had been injured by the same
matters, the members of which were now
considered the best, if not the only, hope
of our country.

PROOEMIVM.

Cogitanti de themate quodam ad Dissertationem inauguralemente satis apto eligendo, cuius argumentum nondum a viris ingenio atque eruditione praestantissimis occupatum, maximoque studio iamiam exhaustum esset, haec mihi de *delectibus in Imperio* occurrebat materia, quae ob singularem utilitatem atque vsum in praxi potissimum fese commendabat. Verum re diligentius persensa, hanc materiam tantis et tam multis difficultatibus involutam esse inueni, vt non multum defuissest, quin a proposito meo prorsus abstinserem. Primum enim haec materia adhuc plane inculta atque inexposita est; nulli fere auctores extant qui ex professo de ea commentati sint. Paucia quae in diuersis scriptis disperfa sunt, adeo parui momenti sunt, vt vix operae pretium sit, eorum mentionem facere. Leges deinde confundendae in plerisque casibus silent, quae vero sanctionem circa id continent, ob mutationem temporum atque circumstantiarum, prorsus fere inapplicabiles sunt. His adde, quod tam late patens atque intricata sit materia, vt ad legitimam per tractationem istius magis spatium plurium voluminum, multorumque annorum requiratur, quam quod angusti limites Dissertationi inauguraali praefixi, breueque tempus, quod finitis studiis in Musarum sede supereft, ei sufficiant. Ideoque tale opus fuscipere, virum profecto expostulat, qui ingenii felicitatem, insigni doctrinae lectionisque apparatu auxit; quibus omnibus

omnibus me destitutum esse, libenter confiteor. Quocirca merito vereor, ne temeritatis suspicionem incurram, quod eiusmodi subierim onus, cui ferendo meos non pares esse humeros, ipse fateri cogor.

Interea rem nimis magni momenti, vltioremeque expositionem eius nimis vtilem duxi, quin, cum peracto cursu academico specimine inaugurali opus esset, tentare deberem, quaedam, qualiacunque fuerint, circa id proferre. Supplex vero peto, vt ne quis completum tractatum de iure Delectus hic expectet, quod sane ad Dissert. nimis amplum, ea iuueni, qui prima specimina diligentiae suae in lucem proferre debet, nimis difficile esset; verum sit quasi Sciographia tantum, aut fragmentum tractationis iuridicae circa id, que si imposterum tempus atque occasio id permittant, forte in lucem edenda sit, dum maiori experientia, aut fortasse copiosiori doctrina, eo necessaria, imbutus fuero. Quocirca, quae hic nondum satis exposita, aut nondum documentis necessariis probata sunt, tunc diligentius eruere promitto. Quod reliquum est, Lector Beneuole, Te rogo atque obsecro vt has iuueniles conatus fauore tuo prosequi non digneris. Vale itaque, mihiique faue.

CAPVT I.

CAPVT I.

DE IVRE PRINCIPIS IN ALIENO TERRITORIO DELECTVS INSTITVENDI; ET DE OBLIGATIONE ALTERIVS EOS RECEPIENDI.

§. I.

Ad iura maiestatis transeuntia pertinet *ius belli et pacis* a). Huic annexum est *ius Armandiae*, sub quo comprehenditur *ius sequelae militaris* (die Heeres-Folge, Land-Aufbot) et *ius conquiriendi milites*. Vi istius summo imperanti *ius competit*, ingruente vi hostili subditos euocandi, iisdemque inuitis etiam arma imponendi, ad defendendos territorii fines b). Alterum consistit in potestate principis, sufficientem armatorum manum colligendi, curasque eo dirigendi, ut lecto milite res publica instructa sit. Dissert ab isto, quod vigore huius non nisi volentes militiae adscribantur, extraque casum necessitatis fieri possit; cum *ius sequelae* tantum locum habet in extrema necessitate, quare tunc et subditi coguntur ad arma capienda.

§. II.

Haec iura cum sint partes iuris belli et pacis, sequitur, vt cuiuscumque ius principale competit, eidem et minus principale aut annexum eius.

a) **MASCOVII** principia iuris publici l. 5. c. 4. §. I. **STRVIX** iuris publici prudentia. c. 26. §. 24. sqq.

b) De iure sequelae pluribus tractat **MYLER AB EHRENBACH** de principiis et statibus I. R. G. P. 2. c. 76. per totum.

A

eius. Rite enim bellum administraturis primum incumbit, ut de copiis parandis sint solliciti. Nam sine milite bellum geri nequit. Qui ergo ius belli habet, necessario quoque iure legendi milites gaudere debet *c.* „Et, teste Quintiliano^c, prius est parare bellum, „quam exercere“ *d*). Recteque Vegetius, „antequam inchoetur bellum“, inquit, „de copiis expensisque sollicitus esse debet“ *e*). Quae cura quin ad illum pertineat, penes quem sumnum rerum bellicarum est arbitrium, dubio caret, nisi forte legibus reipublicae fundamentalibus aliter fuerit sancitum. Caeteroquin qui summo imperio gaudet, illi et bellicarum rerum summa potestas, et facultas conscribendi militem, resque reliquas hic spectantes administrandi, non potest non competere *f*).

§. III.

Quod ad Germaniam, summa totius Imperii Romano Germanici potestas, atque inde promanantia iura maiestatis differunt ab iis quae status Imperii in suis territoriis vigore superioritatis territorialis exercent, non quidem quod ratione obiecti admodum inter se discent, utpote quod utrinque regimē civile constituit; sed quod priora independenti, posteriora vero dependenti et subordinato nexus exerceantur. Vnde utrumque ius belli et ex iure belli descendens ius conscribendi milites aliud Imperii vniuersim considerati, aliud territoriale esse apparet.

§. IV.

In Imperio R. G. ius belli et pacis, quatenus totius Imperii nomine exercetur, legibus Imperii ita inter Caesarem et status diuisum est, ut quaelibet omnis de bello decernendo ad arbitrium statuum in co-

c) VATTTEL Elementa du Droit des Gens l. 3, §. 7.

d) instit. orat. l. 12.

e) de re milit. l. 3, c. 3.

f) VATTTEL l. c. l. 3. §. 4. et 7.

mitiis restricta sit g). Extra ordinem vero in casu urgentioris necessitatis, ubi periculum in mora est, omnino consensus Electorum sufficit h). Quapropter cum ius conferibendi militem iuris belli effectus sit, idem non nisi in comitiis ab omnibus statibus exerceri posse, liquide constat.

§. V.

Quod attinet ad status Imperii, vi superioritatis territorialis, quae in Germania idem fere denotat, quod in caeteris regnis Maiestas dicitur, ius belli ac pacis ipsis denegari posse plane non videtur. Legibus tamen Imperii exercitum eius restrictum est ad quadam tantum genera belli. Vbi scilicet bella statuum contra status, bella offensiva erga exteriores, et in genere eiusmodi bella prohibentur, ex quo Imperio periculum oriri possit i). Nullo modo autem bella defensiva iis prohibita esse sana ratio docet k). Principi enim, vi supremae aduocatiae,

A 2 obli-

g) Capit. Caef. art. 4. §. 2. Wir sollen und wollen auch kein Gesänk noch Krieg von innen und außerhalb des Reichs unter keinerley Vorwand anfangen, es geschehe denn solches mit der Churfürsten, Fürsten und Stände Consens auf offenem Reichstag.

k) ibidem. oder zum wenigsten deren sämtlichen Churfürsten Vorwissen Rath und Einwilligung in elenden Fällen.

Viri perillustris de SELCHOV elementa iuris publ. §. 314. KNIPSCHILD de iur. et priuilegiis civitatum Imp. l. 2. c. 22. n. 4. De modo conquiriendi milites in bello Imperii vid. MASCOV Diff. de bello solemni Imperii §. 25. 26. SAM. STRYK aut Resp. G. L. BÖHM de iure militiae Imperialis c. 2.

i) Viri perillustris PÜTTERI institut, iuris publ. §. 378. sqq. STRVV. l. c. cap. 26. §. 25.

Pax publ. de 1548. prael. §. 1. Dass niemand um keinerley Ursache, den andern befehden, herauber, befreien, noch einige verbotene Conspiration oder Bündniß wider andere aufrichten soll. ic.

k) R. 7. de 1555. §. 54. Dass ein jeder Churfürst, Fürst und Stans in guter Bereitschaft stize, auch in seinen Fürstenthümern und Landen solche emsigste Vorsehung thue, dass er und die seinen dermaßen gefest, damit sie sich unversehnnes Ueberfalls selbst etwas zu entschütten mögen. Perill.

obligatio incumbit, ciues suos aduersus aliorum iniurias atque insultus tutos praestare, quod cum sine milite effici nequeat, facile apparet, ipsi hanc saltem conscribendi milites facultatem omnino tribui oportere.

S. VI.

Quemadmodum reliqui status, ita et ciuitates Imperiales ius belli atque armorum habent, cum in Instrumento Pacis eis eadem iura cum ceteris statibus conceduntur; vbi his verbis dicitur I): "Liberae Imperii ciuitates, prout omnes ac singulae sub appellatione statuum Imperii vbique indubitate continentur - - ita et in territoriis suis idem cum reliquis statibus superioribus ius habeant; adeoque de istis generaliter disposita et conuenta, de his quoque dicta et intellecta sunt etc." Et actu ciuitates ius belli exercuisse exemplis illustrat KNIPSCHILD l. c. lib. 2. c. 22. n. 7. sqq.

S. VII.

Ius conscribendi milites competit itaque omnibus, qui maiestatis praerogatiis, et in Germania, qui superioritate territoriali gaudent. Exerceri potest vel in proprio territorio; de quo plura adhibendi instituti ratio haud patitur; vel in alieno; quod dicitur: *ius dilectus m)*

Perill. de SELCHOV. l. c. §. 55.

Gail I. de pace publica c. 2. n. 20. sqq.

Dass das ius belli et pacis eines der allerwichtigsten Stücke der Landeshoheit der Deutschen Reichstände sey, wird niemand zweifeln. Moser von der Landeshoheit in Militärsachen. c. 1. §. 3.

I) art. 5. §. 29.

Vid. et art. 8. §. 2 et 4.

KNIPSCH. l. c. lib. 2. c. 1 et 2. per tot. lib. 2. c. 22. n. 1. sqq.

m) Disputatur an sit legendum *Dilectus* aut *Delectus*. In lege 36. D. de statu lib. I. 3. D. ad leg. Iul. Maiest. et aliis exstat: *dilectus*. quod et FESTVS confirmat de Verb. signif. voce: *dilectus*. "Dilectus, inquit militum et is qui significatur amatus, a legendō dicti sunt," CYRIACII Observatio, l. 6. c. 7.

has Werbungs-Recht, de quo hoc loco agendum erit, quod est ius
legendi milites in territorio alieni principis. Hi actus ipsi dicuntur:
delectus Werbungen. Antequam ea disquiramus, quae ius ipsum de-
lectus concernant, haud superfluum erit, naturam atque indolem
huius negotii penitus cognoscere. Si hunc actum delectus considera-
mus, sese praeber nobis negotium, quod inter duas partes celebratur.
Hae partes contrahentes sunt homines liberi, prorsus a se invicem in-
dependentes. Ex una scilicet parte Princeps alienus, aut in eius no-
mine aliis; ex altera cives in alieno territorio, qui eius imperio et po-
testati nullo modo sunt subiecti. Quoad obiectum negotii iste pro-
mittit his certas praestationes pecuniarias, aut in genere: mercedem,
sibique contrarias ab his facienda stipulatur. Hi contra in praestatio-
nes a se facienda consentiunt, et promissa alterius acceptant. Aclus
vero, quo duo aut plures promissa sibi inuicem facta acceptant *conventiones*
vocantur. Ergo ad genus conventionum pertinent delectus. Cum
porro praestationes promissae ita qualificatae sunt, ut alter alteri operas
quasdam pecunia estimabiles, aut illiberales promittit, pro iisque
mercedem ab altero accipiat, tunc specialiorem significatum *contra-
rium* obtinent ⁿ⁾ et quidem *contractus locationis conductionis operarum*,
vbi locatur is dicitur qui operas promittit, et *conductor* qui mercedem.
Quocirca si hos delectus definire vellem, dici possunt: actus quo per-
sonae militares iussit principis sui conducent operas militares privato-
rum in alieno territorio pro praestatione mercedis certae. Hae personae
militares dicuntur: *militum conquerores* aut *conducentes* qui ergo sunt
ii, quibus delectus instituendi commissi sunt.

§. VIII.

His praemissis revertantur ad ius delectus, vbi videndum erit,
quatenus id competit in alieno territorio, et quaenam sit obligatio

A 3

prin.

ⁿ⁾ CORN. V. BYNKERSHOEK *questiones iuris publici* I. l. c. 22.

VATTTEL l. c. liv. 3, c. 2. §. 13. pr. §. 14.

F. H. Kirchhoff. *Abhandlung von den besondern Soldatenrechten,*
Verzügen und Freyheiten, Hamb. 1762. 8. pag. 76. sqq.

principis alieni recipiendi eos delectus? Ex notione delectus eluet, principem alterum ex alterius territorio subditos detrahere, et in suam transcribere militiam. Quia autem voluntate libera subditorum sit; et subditus, quamquam imperio principis subiectus, tamen disponere de sua ipsius persona valet, non prohiberi posse videtur. In genere enim dicendum est, cuiuslibet priuato licere, ciuitatem suam mutare et in aliam migrare. Quod principium iuri naturae et acquirati maxime consentaneum esse, testantur vno ore doctores iuris naturae o). Cum autem licet in alterius principis imperium transire, licebit et ibi quavis honesta ratione victum querere, sub quo certissime etiam numeranda est militia. Si porro nullo modo prohibitum est in territorio alieni principis, ipsi militarem operam exhibere; quidni facultas etiam ipsis concedi debet, iam in ciuitate, vbi hucusque commorati sunt, operas suas militares locare alteri principi, et quidni hic ibi certas personas collocare possit, cum quibus facilius contractus ineant subditi? In terris igitur, vbi nulla lex migrationem vetat, principi alieno licitum esse videtur, quosdam constituisse, qui facultate polleant, omnes, quibus placet ad militiam conducendi. Dico, vbi nulla lex vetat. Hoc enim fieri posse, haud dubium est. Quoties enim statui naturali independentiae quis renunciauit, aut conditionem in qua antea vixit, reliquit, atque voluntario in societatem ciuilicem intrat, toties legibus in eadem constitutis se submitta necesse est. Quae si eiusmodi prohibitionem continent, libertati ex-eundi eum priuant. Plures autem gentes esse, vbi non licet subditi conditionem exuere, vt apud Molchos, Chinenses et Anglos, testatur BYNKERSHOECK l. c. cap. 22. Apud complures non licet, nisi expressa venia impetrata ab ipso principe, quod a Franciae Rege Ludovico XIV. per edictum de 13 Aug. 1669. constitutum esse tradit idem

BYN-

o) GROTIUS de iure belli et pacis. l. 2. c. 5. §. 24. PVFFENDORE ius naturae et gentium l. 8. c. II. §. 2. Cicero orat. pro Balbo c. 13. "O iura praeclara, atque diuinitus, iam inde a principiis Romani nominis, a maioribus nostris comparata . . . ne quis inuitus ciuitate mutetur, neue in ciuitate maneat inuitus."

BYNKERSHOECK I. c. Apud alios denique prohibitum est subditis aliena seruitia amplecti. In his omnibus terris, vbi eiusmodi prohibitions extant, non locum habere potest, vt hoc modo a quoquecumque extero Principe conducantur milites. Verum in nullis vniquam terris id sine concessione domini territorialis fieri potest. Quamvis enim haec principia iuri gentium haud contraria videantur, in præxi tamen non omnino ea sequi fas erit. Primum enim non exigua differentia occurrit inter migrationem voluntariam unius vel alterius ciuius ex patria sua, et constitutionem expressam certarum personarum ad communendos subditos vt patriam relinquant et seruitia militaria amplectantur. Potito enim quod cuique liceat ire vbi placet, pauci tamen erunt qui ea licentia ventur, si sua forte contenti viatum ad vitae sustentationem necessarium in patria querere possunt. Et si qui civitatem, mutare volunt, paucissimi eorum id facient animo, alieno Principi militares operas exhibendi. Quinimmo si qui adessent, qui hunc animum haberent, eo ipso tamen non alteri Principi liberum esset, in alieno territorio homines constitutere, qui multis forte peruationibus occasionem praebenter eo facilius veterem conditionem subditi et ciuis exuendi, aut quod idem est: ibi delectus insituendi.

§. IX.

Id deriuari iam potest ex ipsa natura rei. Cuilibet enim imperanti obligatio incumbit, salutem atque bonum totius reipublicae omniumque subditorum pro viribus suis promovendi; ideoque omnia auertendi quae huic fini contraria sunt. Itaque et ius competit definiendi ea, quae tendunt ad finem hunc consequendum, prohibendi vero, quae damnum inferunt reipublicae. Videamus nunc, quid constitutio militum conductorum alieni principis in bonum publicum reipublicae, in qua constituantur conseruat, an quod forsan damnum ei inferat. Sed heu! Non procul petendos vereor effectus, qui indissolubili nexu ex ea originem trahunt et recta via ad ruinam et interitum totius reipublicae tendunt.

§. X.

8

§. X.

Princeps alienus, qui delectus habendi causa conductores militum in alienum territorium mittit, ciues, quo forma pulchiores, quo arte et industria praestantiores, eo meliores, ex alterius imperio trahere et in suam transscribere studet militiam. Privat is igitur dominum territorii eo, quo nihil in vniuersa republica praestantius. Populum enim et subditos pretiosissimam partem summasque diuitias cuiuslibet status atque Imperantis merito haberi, satis constat. Adeoque res quae auffert eos, ideoque depopulatur ciuitatem, non potest non, quin ei perniciosa sit futura. At quam infinitas alias calamitates inferre subditis, quis est qui ignoret? Quam multi liberi orbantur parentibus, foeminae maritis, parentes liberis! Quot ciues industriosi ac fideles eripiuntur reipublicae, quot serni dominis, quot propinqui propinquis! Quot violentiae, dolis ac machinationes adhibentur, quibus misericordiae praedae in conductorum retia pelliciantur, qui fame ac inopia omnium rerum conficiuntur, atque deperduntur! Quot saepe vi aperta in viis publicis immani facinore surripiuntur, vincitique ac ligati rhedis imponuntur, et sic peregre in exteras terras abducuntur! Quorum exempla adeo innumerabilia sunt, vt, si ea recensere vellem, multorum carnelorum onus ex eis confici posset.

§. XI.

Dubito an Princeps, cui salus populi sui in corde est, eiusmodi iniurias subditis illatas aequo animo ferre debeat. At, inquires, si delectus in territorio alieno insituuntur, eo subintelligitur, ne quis iniurias ad militiam adigatur, et tantum voluntarii conducantur, quee illicitae conquisitiones, si innotescunt Principi, grauissima poena earum afficiuntur auctiores. Quum vero eo, quo decent, modo exercentur, non est quod reipublicae mali afferunt, quam potius nequissimum ordinem purgant. Contra hoc argumentum in thesi quidem parum monendum videtur; at praxi tantum nos aliud doceri sumus opere doleo. Quis enim ignorat quam multos nefando facinore vi
atque

atque clam e medio tolli, atque adeo abdi, ut quasi e rerum natura vi-
deantur cieclii. Vbi si aliquod tempus ita suppressi et absconditi inge-
muere, ex patria sua ad exterias oras exportantur. Parentes et propin-
qui miserorum adolescentium eo magis affliguntur infortunio eorum
quia in plena ignorantia versantur, quid factum sit de iis. Nemo
enim cognitus habet nefarios conatus, quibus homines nocturno tem-
pore insidiis conductorum obstringuntur. Quid? quod sceleratissimis
fraudibus decipiuntur, quibus miseri isti propinquis suis litteras sibi
a conductoribus dictatas mittere coguntur, in quibus eos certiores redi-
dere oportet de prospero eventu, quo per varios casus in exoptatissi-
mum statum peruenere. Quis suspicari potest has fraudes, et quis au-
tores tam immanium scelerum accusare potest, eis illatorum qui ipsi
felicissimam sortem obire fatentur. Et quis non libenter fidem impo-
nat litteris, quae bene esse de iis, qui nobis cari sunt, renuntiant.
Ideoque quia tam occulte fiunt et non ad notitiam publicam veniunt, eo
facilius poenis in eodem conslitutis evadunt, et tanto grauius damnum
inserunt reipublicae.

§. XII.

Ne dicam de dolis atque fraudibus quae adhibentur in praefatione
promisorum miseris factorum. Ut enim allicantur ignari ac imperiti,
non tantum magnam pecuniae summam, verum etiam dignitates et ho-
nores iis promittere solent. Sed quum in locum exportari fuerint loco
centurionum aut capitaneorum, in quam dignitatem effterri putant, ad
simplicis militis conditionem se deictos vident. Loco pecuniae pro-
missae, quibusdam nummis contenti esse debent. Quinimum eo pro-
greditur nefaria perfidia conductorum, vt saepe pecunia iam praenu-
merata, multis persuasionibus imprudentes commouere studeant, sub
praetextu custodiae, maiorisque securitatis eam sibi reddi; quam de-
inde sine omni iure retinere minime dubitant. Certissimum itaque est,
quod, vbi delectus in territorio sint concessi, eo ipso subditi eiusdem
principis, atrocissimis iniuriis iniquitatibusque sint expositi, atque in
periculum vitae et libertatis veniant. Quae omnia fere inseparabiliter

B

cum

cum illis sunt coniuncta p). Iam ab hac solum parte consideratum sole meridiano clarius eluet, Principis nullam obligationem esse, delectus alienos recipendi, quia ad salutem populi sui promouendam obstrictus est, hi contra perniciem eius efficiunt.

§. XIII.

Praecipue vero inde deduci potest, quod ius milites conscribendi ad iura maiestatis pertineat, aut respectu statuum Imperii partem faciat superioritatis territorialis q). Haec vero ultra limites territorii exerceri nullo modo potest r). Quia dominus alieni territorii eo in libero iuri territorialis exercitio turbaretur, quod tamen secundum leges s) imperii neque in ecclesiasticis neque in politicis a nullo vim quam sub quoconque praetextu fieri potest vel debet. Qui itaque in alieno territorio circa domini territorialis consensum delectus insituere admittitur,

p) quod confirmant mandata poenalia Mecklenburgica de d. 16. Ian. 1748. vbi dicitur: Wir aber solcherley, unserer Landeshoheit und dem Landfrieden entgegenlaufende, zu lauter Elend und Verderbung unserer Lande gereichenden Unternehmungen nachzuschen, nicht gesmeynet sind ic. et de 10. Nov. 1751. Da von sothianen Werken auch sogar Mord und andere Gewaltthärtigkeiten, mit Geldführern und Pferdeverpresungen und andere Misshandlungen gegen unsere Unterthanen ausgeübt werden; Wir aber dergleichen unserer Landeshoheit und Landfrieden schaurstracks entgegenlaufende, zu lauter Elend und Verderbung unserer Lande gereichende Unternehmungen gänzlich und mit Nachdruck abzustellen gemeynet sind ic. et plura alia. Faberb Staatskanzley. T. 110. p. 129. 132.

q) Gründliche Untersuchung der Preussischen Unternehmung in Sachsen nach dem Natur- und Volkerrecht. In der teutschen Kriegskanzley 1757. 2. V. p. 734.

r) MYLER ab EHRENBACH de principibus et statib. Imperii R. G. P. 2. c. 79. §. 2. WAREMVND ab EHRENBURG de foed. l. 1. c. 2. n. 56. Moser nachbarliches Staatsrecht. l. 3. c. 8. §. 5. pr.

s) Instr. Pac. Osnabr. art. VIII. §. 1.

tur, sanctissimas Imperii constitutiones violat, ac in poenas fractae pacis publicae incidit ¹⁾). Idque tam de Exteris quam de constatibus intelligendum, illi enim, quamvis legibus Imperii quidem haud obligari possint, pari tamen ratione in superioritatis territorialis iura impingunt, quin intuitu domini territorialis perinde omnino sit, sive a Consilatu sive ab extero Principe turbationes proueniant, quumque apud Extberos, idem quod maiestate designatur, statibus imperii superioritatem territoriale denotat ²⁾.

§. XIV.

Ex quibus omnibus resultat, nulli Principi competere ius delegatus in alieno territorio iuncto domino instituendi; ideoque nec obligationem alterius esse, eos recipiendi, sed plane ab arbitrio cuiusdam status superioritate territoriali gaudentis dependere, velit ne eos recipere, nec ne ³⁾). Hoc principium nulli dubio obnoxium est, et in eo consentiunt omnes status Imperii: sic declarauit Rex Borussiae in Promemoria eius legati comitalis d. 10 Dec. 1756. his verbis: die Erlaubnungen und Verstattungen einer freywilligen Werbung sind Landeshoheitliche iura statuum, die ihnen ohne Bekräftigung der Landeshoheit, und sonder offensare Verlehung des Instr. Pacis nicht können beznommen und eingeschränkt werden. Denn daß die Gestattung einer freywilligen Werbung in jedes Standes territorio von dessen alleinigen freyen Willen dependire, zeigt klar die Wahlcapitulation Art. IV. §. 7. y).

B 5

Idem

- ¹⁾ Landfriede de a. 1548. pr. §. 1. daß auch ic. tit. 6. §. 1. daß hins führo unser keiner die andern. tit. VIII. §. 1. und ob sich zuträge ic.
- ²⁾ militum lectio si pro extero Principe sit, in perduellionem incidit, ac ultimo suppicio vindicatur LEYS, sp. 624. m. 7.
- ³⁾ Moser auswärtiges d. Staatsrecht l. 4. c. 7. §. 2. et Nachbarliches Staats-Recht. l. 3. c. 8. §. 4.
- ⁴⁾ Gabers Staatskanzley T. 112. p. 672. sqq. Mosers nachbarliches Staatsrecht, l. 3. c. 8. §. 5 et §. 4. pr.

Idem asseritur in response ad desideria statuum in constituta pace Anno 1761. de prohibendis delectibus alienis in territoriis statuum, et de obligatione damnum restituendi per delectus alteri illatum, iis imponenda qui delectus in territorio suo concellerunt, his verbis: da die Werbungsoerstattung unter mehr andern in §. gaudent art. 8. Inst. Pacis Osnabr. enthaltenen Reichsständischen Gerechtsamen, ein solches ius singulorum wäre, worum kein Stand des Reichs seinen Mitsländern etwas vergeben re. Et iterum: Und da das desiderium die denen Ständen des Reichs zustehende Erlaubniß fremder Werbung, mitin einen beträchtlichen Theil der Reichsständischen Landeshoheit einschränke re. z).

§. XV.

Quod et in praxi obseruari, in plurimis statuum terris promulgatae constitutiones, quibus alieni delectus prohibentur, perspicue docent. Sic existant mandata contra conductores alienos in terris Mecklenburgicis d. d. Schwerin d. 8 Mart. 1736. d. d. 16 Ian. 1748. d. d. 10 Nov. 1751. et d. dato Rost. 28. Nov. 1754. a). In terris Brunswico, Luneburgicis de dato ^{29. Jun.}_{10. Jul.} 1722. et de ²/₄ Dec. 1731. in quo ultimo grauissimae poenae constituuntur in alienos conductores his verbis: da wir solchen ganz unzulässigen unbefugten Unternehmungen, wodurch unsere Landeshoheit so empfindlich beleidigt, die allgemeine Ruhe und Sicherheit gestöbert, und unsere Unterthauen und Angehörigen gekränkt und bedrücket werden, länger nachzusehen nicht gemeint sind, als sezen und ordnen wir, daß alle fremden Werbere, wenn sie sich in unsern Landen betreten lassen wes Standes und Würdens sie seyn mögen, ohne Ursel zu der Person sofort arretirt, und da sie sich in starker Anzahl befinden sollten, durch Läutung der Sturmglöcke verfolgt werden. = Solche Werbere sie urgen in flagranti oder nachhero betreten werden, welche einige Gewalt in unsern Landen ausgelübt, oder auch nur

z) Mosers nachbarliches Staatsrecht. I. 3. c. 8. §. 5. p. 308.

a) Fabers Staatskanzley, P. 110. p. 127. sqq. 192. sqq.

nur tentirt, sollen als Straffen- und Menschen-Räuber, Stöhrer der allgemeinen Ruhe und des Landfriedens, auch Verleger unserer Hoffheit tractirt, und ohne Ansehn der Person und Qualität, am Leben bestraft werden. = = = Sollten solche gewaltsame Werbere, wenn sie in flagranti auf gewaltsamen Werbungen betreten werden, sich unterstehen, sich zu widersehen, so können unsere Unterthanen solche sich widersehende gewaltsame Werber todschlagen oder niederschießen, und wollen wir solchenfalls demjenigen nicht allein welcher einen solchen Werber tot oder lebendig ließt, sondern wer auch sonst einen davon zur Haft bringen wird, aus unserer Kriegs-Casse 50 Thaler reichen lassen. b).

§. XVI.

Idem sancitum est in terris Sueco-Pomeranicis d. d. Strals. d. 19. Dec. 1735. et in Holsatia d. d. Kilonia d. n Febr. 1726. c). In Electoratu Colonensi anno 1716. 23. 24. 32. d). In electoratu Bauariae vi mandat Elect. de anno 1732. e). Et in plurimis aliis statuum territoriis eiusmodi mandata prohibitia promulgata sunt; adeo ut nullum proinde dubium super sit, quo minus in libero arbitrio sit omnium, qui superioritate territoriali gaudent, delectus alienos in territoriis suis concecendi siue prohibendi.

§. XVII.

Quod et de liberis Imperii ciuitatibus certissime affirmandum, cum in fæcissimis Imperii constitutionibus reliquis statibus in omnibus aequiparantur. Expresse enim I. P. O. art. 5. §. 29 statuitur: "Liberae Imperii Ciuitates, prout omnes ac singulae sub appellatione statuum imperii non tantum in Pace religionis et praesenti eiusdem

B 3

, de-

b) Gaber P. 110. p. 341. sqq. et 343. sqq.

c) Gaber P. 111. p. 46. sqq. et p. 55. sqq.

d) Sammlung Chur Coloniensis Concord. 2. Th. S. 445. sqq.

e) KREITMAYR ad Cod. Civ. Bav. p. 2298. Mosers nachbarliches Recht. 1. 3. c. 8. §. 5.

„declaratione, sed et alias ubique indubitate continentur etc.” Quod pluribus confirmatur art. 8. §. 4. vbi expresse disponitur: “Tam in universalibus quam particularibus Diaetis, liberis Imperii Civitatibus non minus quam ceteris statibus Imperii competat votum decisuum, iisque rata et intacta maneat regalia, vestigalia, redditus annui, libertates, privilegia confiscandi, collectandi et inde dependentia, aliaque iura ab Imperatore et imperio legitime impetrata vel longo vsu ante hos motus obtenta, possessa et exercita, cum omnimoda iurisdictione intra muros et in territorio etc”

De iuribus exterarum gentium in Germania.

§. XVIII.

Praemissis generalibus principiis, ex quo fundamento oriatur ius instituendi, recipiendique delectus, eruendum nunc in specie erit: an exterae Gentes ius habeant delectus in Germania instituendi? Id, quia ius maiestaticum est, ultra territorii fines absque crimine laefae maiestatis exerceri non posse extra omnem dubitationis aleam positum est. Quodsi ergo Dominus exterae nationis vi supremae potestatis eos concedere non vult, invito eo institui nequeunt. Concessione vero impetrata, posse, perspicuum est. Haec tamen, quamvis inter liberas Gentes locum habeant, in S. R. Imperio non prorsus applicari possunt. Germaniae enim non eadem est ratio ac caeterorum Europae regnum, vbi unus adest princeps qui potestate gaudet, pro arbitrio determinandi, quid in terris suis fieri vel non fieri velit. Non enim sufficit in Germania quod imperator consentiat in delectus ab exteris ibidem instituendos. Sed omnes status Imperii vi superioritatis territorialis, qua totidem liberi principes sunt habendi, a quorum arbitrio dependat, utrum velint eiusmodi concessiones in suis territoriis dare, necne; licet non omnino illimitato arbitrio, quoniam in exercito superioritatis territorialis ad formulam legum Imperii sunt adstricti. Quocirca legum Imperii ratio habenda est, qua latarum a supremo potestate in Germania; iuncta cum constitutione particulari statuum ipsorum Imperii. Supremae enim potestati in republica incumbit, omnia in communem utilitatem dirigere, eaque auertere, ex qui-

quibus damnum capere possit res publica, membraque reip. ad id se confirmare obstricti sunt. Quatenus itaque delectus ab exteris in Germania instituendi saluti publicae Imperii noxi fieri possunt, eatus per leges Imperii recte disponitur; an et quomodo permitti debeant. Quamque dispositionem status Imperii seruent necesse est. Licet aliquin haud sit res vniuersi Imperii, definire, quid in propriis territoriis statuum concedendum sit.

§. XIX.

Quando itaque exteriae Gentes Germanos milites colligere cupiunt, primum requiritur in legibus Imperii, ut Imperatorem Angustissimum adeant, veniamque petant, delectus instituendi f). Quo facto expresse determinare debent numerum militum in Germania colligendorum; deinde officiales indicare quot et quinam fuerint, proinde declarare atque promittere, conquisitos milites aduersus Imperium, Electores, principes omnesque status Imperii haud militaturos esse, neque metatis, hospitationibus, transitu ulloue alio modo praegrauare aliquem statuum Imperii; impensa soluere, non instrutions militum in territorio statuum facere eosque non ceterumq[ue] deducere g). Officiales delectibus praepositi antequam eos suscipiunt, ipsi intentionem suam proferre debent, in cuius seruitiis sint etc. Promittant quod cautiones praeflare velint, de non turbanda quiete statuum Imperii. Denique coram Ducibus circularibus, Adiunctis et substitutis Ducis reuera cautionem praesent, et quidem fideiussoriam per statum aliquem qui in Imperio ter-

ras

f) R. I. de a. 1570. §. 7. Das hinsüber ein jeder fremde Potentat, wer er auch sey, so im heil. Reich Kriegsleute werben lassen wolle, zuförderst bey uns als Röm. Kayser darum ansuchen soll.

g) ibidem: Mit ausdrücklicher Vermeldung, wie viel Kriegsleute er bestellen lassen wolle, welche die Obersten, Rittmeister, Hauptleute seyn; daneben diese Erklärung und Zusage thun, daß solch Kriegsvolk wider des heil. Reichs Churfürsten, Fürsten, Stände und Unterthanen nicht gebraucht werden, auch in den An-Durch- und Abzügen niemand beschweren, was sie verbrauchen, bezahlen ic.

ras possidet, quo facilius damni forte causati reparatio impetrari valeat h).

§. XX.

Imperatoris proinde est cognoscere, vtrum exterii delectus locum habere possint nec ne. Si eos saluti publicae Imperii noxios credit non eos concedere oportet. Promittit enim Imperator in capitulatione Caes. i) p̄ae omnibus prouidere, ne Imperium hominibus ad arma gerenda idoneis, exuatur, neque status vlo modo iis onerentur. Quod si nulla eorum locum habeant, ex quibus ratio adsit, eos prohibendi, Imperator consealus suum in instituendis eis dare potest. Sed saluis omnino iuribus territorialibus statuum. Eo enim non extendi potest potestas Imperatoris, vt institutionem eorum iubere queat: sed tantum vetare aut consentire in eas potest; et nunc deinceps dependet ab arbitrio domini cuiuslibet territorialis vtrum eos permittere velit nec ne. Quod si non vult, ad id neque ab Imperatore, neque ab vlo alio cogi potest; id enim esset, violare sanctissima iura superioritatis territorialis, in quibus tamen a nullo vñquam sub quocunque praetextu turbari possint vel debeant k).

De

h) ibid. §. 8. Die Obersten, so fremden Potentaten teutsch Kriegsvoß zu werben begehrn, sollen schuldig seyn. Und ihr Vorhaben auch zu versständigen, nemlich welchen Potentaten und wie viel Kriegsvoß sie werden wollen, versprechen, daß sie genugsam verbürgte Caution mit Ständen im Reich gesessen thau wollen. §. 9. Darauf bey den Kreisobristen Zu- und Nachgeordneten sich zeigen, Caution durch Bürgschaft mit Ständen im Reich gesessen, wie hernach wörtlich folgt verstatuten sollen: Wir N. N. ic.

i) art. 4. §. 14. Wir s. u. m. zuvörderst dahin seben, daß das Reich der Mannschaft nicht entblößt werde, auch die Verfügung thun, daß die Stände des Reichs bey obgemelten Werbungen in keine Wege beschwert werden.

k) I. P. O. art. VII. §. 4. "omnes ac singuli Electores, Principes „et status Imperii Romani in antiquis suis praerogatiis a libero „,iuris

De iuribus Imperatoris delectus instituendi in Imperio.

§. XXI.

Cum de iuribus Imperatoris circa milites conscribendos dicendum est; Imperator considerari potest qua Imperator i. e. summum caput S. R. Imperii, et qua status Imperii, seu princeps suarum ipsius terrarum. Competit ipsis igitur in hac duplii qualitate ius belli eiusque annexum ius conscribendi milites. Bella quae geri possunt in qualitate status Imperii aut Regis Hungariae, sua natura non sunt bella imperii, sed bella imperatoris peculiaria, in quibus reliquorum imperii statuum, aliarumque gentium exterarum iuribus vitur. Ea vero quae gerit qua Imperator, sunt bella Imperii. Videndum nunc erit, quae iura Imperatori circa bellum Imperii competunt. Ius belli et Pacis cum isti competit, qui summum Imperium in republica habet ^{l)} hoc vero non ab imperatore solo, sed adhibito corpore statuum exercetur, sequitur ut summum rerum bellicarum arbitrium ab Imperatore et statibus communiter exercendum sit in comitiis Imperii publicis ^{m)}, quod praem omnibus aliis confirmat I. P. O. art. VIII. §. gaudent a. vbi dicitur "gaudent sine contradictione irre suffragii in omnibus deliberationibus super negotis Imperii praesertim vbi leges ferenda, bellum decendum etc."

§. XXII.

"iuris territorialis tam in ecclesiasticis quam in politicis exercitio, distinctionibus, regalibus eorumque omnium possessione ita stabiliti, firmatique sunt, ut a nullo unquam sub quoconque praetextu de facto turbari possint vel debeant."

Capitul. Caef. art. I. §. 28. f. u. wollen nicht gestatten, daß denen Ständen in ihren territoriis, in Religion, politischen und Justizsachen, sub quoconque praetextu wieder dem Friedensschluß, vor oder eius gegriffen werde."

^{l)} VATTEL l. c. liv. 3. §. 4. 7.

^{m)} R. 7. de a. 1498. §. als aber ic. 3.

§. XXII.

Diiudicari iam hinc poterit quae conscribendi militis in bellis Imperii sit ratio; cum id qua annexum juris belli, eadem ratione, qua illud exercetur. Quo circa si bellum inferendum est, in comitiis primum de belli necessitate et iustitia deliberatur, quidque faciendum sit communis ordinum suffragio decernitur, deinde de his, quae ad apparatum bellicum requiruntur, cum maxime de conscribendis militibus, statuitur n). Non ergo solum Imperatorem sed vna cum statibus Imperii conscribere milites posse, iam pridem legibus publicis definitum est o). Idem porro liquet ex eo p) quod milites dicantur esse in seruicio Imperatoris et Imperii q) quod Duces non tantum ab Imperatore sed et a statibus constituantur r) cuius electionem tamen saepius Imperatori committere solere status Imperii, probant leges Imperii s); quod milites

n) MASCOV de bello solemnii Imperii, STRYCK aut Resp. BÖHM de iure militiae Imperii c. 2.

o) R. I. de a. 1522. §. II. Und sollen solche Knechte förderlichst von wegen unserer und gemeinen Reichsständen angenommen werden. R. I. 1598. §. 9. so viel Kriegsvolk zu Ross und Fuß, als weit sich solch Geld ungefähr erstrecken würde, allenfalls im Reich wo die am besten zu bekommen, in unfern und des heil. Reichs Namen werben ic.

p) LAMPAD. de Republ. Rom. Germ. I. III. c. 19. §. 19. CONRING de negot. conuent. Imp. §. 85.

q) Fußknechts Bestallung zu Speyer de a. 1570. art. I. uns u. dem h. Reich damit 3 Monathelang, die nächsten nach einander, u. folgendes solang wir und das heil. Reich ihrer bedürfen, getreulich, redlich u. auch recht zu dienen schuldig seyn.

r) R. I. zu Augsburg a. 1500. art. 54. Des Reichs Hauptmann bestreffend: So ist der hochgebohrne Fürst Albertus Pfalzgraf beym Rhein ic. von dieser Versammlung zu einen gemeinen Hauptmann des heil. Reichs erwählt.

s) R. I. 1541. §. II. Dieweil uns Churfürsten, Fürsten und der Abwesenden Voithschaften unterhängst heimgestellt, zu obgemeldten Kriegsvolk einen Obersten gnädiglich zu verordnen ic.

lites nomine Imperatoris et Imperii stipendia accipient *i*); quod leges militares, quibus quae ad disciplinam omnemque militiae rationem pertinent, praecipientur, ab Imperatore et statibus praescribi possint et soleant *ii*); quod denique milites Imperii non tantum Imperatori, sed toti Imperio iureirando obstringantur *x*).

§. XXIII.

Vtique ita concludi potest: eum in cuius seruitio milites esse dicuntur, a quo duces militum constituantur, a quo milites stipendia accipiunt, a quo leges militares praescribuntur, cuique milites iureirando obstringuntur, eum sane imperium in eos habere, facultateque pollere eosdem conscribendi. Atqui istud de statibus Imperii dicendum est, ergo ius conscribendi milites in bellis Imperii et a statibus vna cum Imperatore

C 2

de-

- i*) R. I. Worm. 1521. §. 33. Item haben wir uns mit Ihnen den Ständen u. sie wiederum mit uns sich vertragen und vereint, daß einem Rössigen in diesem Zug den Monath nicht über 10 Gulden auf sein Pferd und einen Fußknecht nicht über 4 Rheinische Gulden für Sold, Rost und Schaden gegeben werden sollen. R. I. Augsburg 1530. §. 109. Fürter haben sich Churfürsten Fürsten und Stände der Bestallung u. Unterhaltung ihres Kriegsvolks zu Röß und Fuß, damit Gleichheit geshalten u. keiner vom andern übersetzt werde folgendermaßen vereinigt ic.
- ii*) R. I. Aug. 1555. §. 85. Dervowegen wir dann auch eine genaue Reichsbestallung und Artikels Brief auf gemeinen des Reichs Brauch, wie u. worauf Reuter u. Knecht im Fall der Noth annehmen u. zu erhalten, mit Rath und Zuthun der Stände u. Volkschäften, stellen und begreifen lassen ic.
- x*) formula iuramenti in der Fußknechtsbestallung tit. I. Anfänglich sollen die Leutischen Knechte uns dem R. Kaiser und dem heil. Reich geloben und schwören, uns u. dem h. Reich getreulich zu dienen ic. R. I. 1555. zu Augsb. §. 85. Dervowegen wir denn auch ic. Und sollen die Reuter u. Knecht, wenn sie von einem jeden Kreis auf den Obersten Kreis beschieden sind, auch demselben von wegen des Kreis, und gesmeiner Ständen des Reichs geloben und schwören,

dependet y). Idem id indubitata praxi confirmatur; decreto enim bello Imperii omnia secundum ordinem consuetum procedunt, et non quidem iunctum ab omnibus totius Imperii Ordinibus miles Imperii legitur, sed singulis statibus secundum modum matriculariisque legibus praescriptam certus numerus imponitur, quam quisque in suo territorio conscribit, ac colligit, locoque ac tempore constituto, bene vestitum et rebus omnibus ad bellum necessariis instructum fistat z).

§. XXIV.

Directio suprema rerum bellicarum subinde Imperatori concedi solet, quae tamen non eo est extendenda, ut ad militum conscriptionem pertineat. Verum primum Imperator in eo benevolentiam ordinum agnoscit et pro eius concessione illis aliquando gratias egit a). Est itaque res benevolentiae, non necessitatis, ideoque limites ab iis constitutos migrare haud fas est. Deinde tantum ea directio eo subintelligenda, quae ad bellum gerendum requiritur, postquam a singulis statibus debitus miles collectus sit. Cum enim status vniuersi in partem curiae huius com-

y) Capit. Caef. art. 4. §. 7. Desgleichen s. u. w. wir auch ohne vorges dachten Consens der Churfürsten Fürsten und Stände keine Werbung im Reich anstellen ic. Moser von der Deutschen Kreisverfassung. c. 16. §. 7.

z) R. I. Augsb. 1530. §. 104. Demnach soll sich jeder Churfürst, Fürst u. Stand mit seiner Anzahl Kriegsvolk zu Fuß u. zu Ross mittler Zeit also und dermaßen geschickt, gesäßt und bereit machen, so er von dem Hauptmann seines Kreises beschrieben u. erforderet, daß er albdenn sein Kriegsvolk wie abgemelbet von Stunb an, u. ungefaunzt wohl gerüstet, auf Zeit und Maßstücke unverzüglich schicken ic.

a) in R. I. de a. 1566. §. 51. Nachdem ferner die anwesenden Churschäften, Fürsten u. Stände, auch der abwesenden Räthe und Vorwärten, die Besfallung und Versetzung des Feldobristen Amts in vorstehender Expedition u. Kriegsübung uns gutwillig heimgestellt, so haben wir solches von ihnen zu gnädigen, danknehmigen Gefallen anz genommen ic.

commodè venire non potuere, atque ut exercitus ex his statuum militibus ad res magnas gerendum habilis conficiatur, quin sub uno capite coniungantur necesse est b), et quia Imperator primus in uniusculo German. Imperio est, merito ante omnes ad id praefferendus est, quin ei praesit c).

De iuribus statuum Imperii delectus instituendi in constitutum territoriorum.

§. XXV.

I) *De iuribus statuum ingeneris.*

Ex superioribus constat, ad superioritatem territorialem pertinere ius delectus instituendi, idque sine consensu domini in alieno territorio exerceri non posse. In eo omnes status iisdem iuribus videntur, ideoque sine consensu Domini nemo in eius territorio milites conscribere potest. Quod quia nulli dubio obnoxium est, in eo morari non licet.

§. XXVI.

II) *In specie de iuribus Directorum et Ducum circularium.*

Plerumque sit ut Director circuli Kreisaußschreibender Fürst cum Duce circulari Kreisobriste permisceatur. Verum iniuste. Nam munus istius est civile, huius militare, istius est hereditarium, huius autem personale. Officium Directoris in eo potissimum consistit ut directionem et curam communium negotiorum circularium et praecepue
con-

C 3

b) MASCOV principia iuris publ. I. 5. c. 4. §. 18.

c) De bello imperii modoque colligendi milites secundum matriculam Imperii pluribus videndi sunt: MASCOV cit. Diss. de bello solemnis Imperii. Moser grösster Staatsrecht, Tom. 29. sqq. STALBVRGER D. de iure militari. Estors Vorstellung der Geschäfte, welche die Räthe der Stände bey einem Reichskrieg zu beobachten haben. SAM. STRYK aut pref. Rondens O. H. BECKER de iure militiae circularis. Idem aut Resp. G. R. BÖHM de iure militiae Imperialis etc.

conuentuum circularium habeat; et commode in duas classes referri potest, quae in conuentibus circularibus peragenda sunt, et quae extra eos. Quoad primum ei incumbit definire: an, quando et ubi conuentus circulares habendi; deinde status circuli conuocare, determinare negotia in conuentibus pertractanda, vota colligere, et varia quae ad directionem in collegio pertinent d).

Extra conuentus officium eius est, negotia cum aliis legatis aut exteris expediendi, et in genere internam constitutionem circuli conservandi.

Dux circularis rei militari circuli potissimum praecesse debet, et eius est, pacem publicam tueri et sententias iudiciorum Imp. exequi.

§. XXVII.

Dum ei incumbebat cura securitatem internam circuli conservandi, minime tamen ius tribuebatur, milites in statum territorii conscribendi. Verum ratio conservandae securitatis publicae haec praescripta fuit in Recessu Executionis de a. 1555. Primum omnibus Electoribus Principibus et statibus circuli impositum erat, in territoriis suis eiusmodi praecautiones adhibendi, ut omni tempore praeparati sint ad seditiones et turbas concitatas armata manu comprimendas e). Ad maiorem securitatem constituti Duces circulares, qui ab omnibus circuli membris electi, atque conuentui circulari sacramento obstricti status circuli, siue alii esse poterant f). Hi sedule prospicere debebant, ubi

tu-

d) Moser von der Kreisverfassung c. 6. §. 5.

e) R. Executionis de a. 1555. §. 54. gebieten, daß jeder Churfürst, Fürst und Stand in guter Bereitschaft stige, auch in seinen Landen solche embige Vorsicht thue, daß er u. die seinen dermaßen gefaßt, damit sie sich unversehnes Ueberfalls selbst etwas zu entschütten mögen.

f) ibid. §. 56. Damit die Stände und Unterthanen sich so viel gewisser Sicherheit zu getrostten, u. des h. Reichs Landfriede in mehr fürs träge

multus aut seditiones aut turbae orirentur contra pacem publicam, et quo minus in occulto excitari possent, illis subofficiales adiungebantur, quia vnu omnia circumspicere non valebat. Hi simulac turbas oriundas perpexerint, aut cum Duci per alium quandam delatae fuerint, is statim, etiam desiderio vnuus status, quin et proprio motu conuentum circularem de iis certiore reddit, aut si periculum in mora est, tantum cum adiunctis suis deliberet, quam multis copiis opus sit, ad turbas concitatas deprimitos, et pro horum consilio potestatem habeat, statibus circularibus imponendi dimidiam aut trientem aut totam ratam circularem, quam loco conuento bene instructam sistere statis obstricti sunt g). Caeteroquin nulla eis competit superioritas aut imperium in constatus suos: quin et remoueri ab officio poterant, si statibus placeret h). Plura de constitutione circulorum officiisque circularibus edif.

traglicher Würkschkeit gestellt, so soll zu einer beständigen Handhabung derselben einem jeden Kreis ein Oberster durch die Stände des Kreises erwählt werden; dazu entweder ein Fürst des Kreises oder ein anderer fürnehmer Mann aus demselben, oder sonst eine taugliche Person, dem Kreis angenehm, gewählt werden mag.

g) ibid. §. 60. Und soll der gesetzte Oberste, ihm zugeordnete und die andern Stände eines jeden Kreises, jede in ihren Gebieten, ihr fleißiges Augenmerk haben, ob u. wo sich einige Kriegsambährung, Musterplatz u. andere Rottirungen in demselben Kreis ereignen wollen. Solches dem Obersten unverzüglich anbringen; auf welches so ihnen, dem Obersten solches wie obgemeldet, selbst angelanget, oder ihm durch einen andern anbracht wird, soll alsdenn derselbe Oberst, auch auf Ansuchen eines Standes, seinem Kreis zugewandt, gegen den sich gefährliches zutrüge, oder für sich selbst unersucht, nach Gelegenheit der fürstehenden Gefahr, unverlängert, ihm zugeordnete an einem Ort zusammenfodern und berathschlagen, wi stark auf die gewisse bestimmte Hülfe, die Sachen fürzunehmen, nemlich ob die zum 4ten 3ten halben oder ganzen Theil aufzunehmen; darauf sie auch in demselben Kreis solche Hülfe von jedem Stand seines Antheils zu fodern, Macht haben, das jeder Stand nach seiner Gebähr zu schicken, schuldig seyn soll.

h) R. I. de 1555. §. 73. 74. so sollen doch die Churfürsten Fürsten oder Stände, so zu solchem Amt gezogen, hiedurch sich keiner Hochheit über

edifferendi, instituti ratio haud patitur, sufficiatque modum legibus Imp. praescriptum, quietem internam circuli conservandi ex ipsis legibus eruisse, ex quo appetit numquam Ducit, multo minus Directori Circuli, ius tributum fuisse in constatum territoris milites legendi ⁱ⁾; verum curam militiae circularis conquirendae ad omnes status circuli pro rata matriculae circularis ad analogiam matriculae Imperii pertinuisse ^{k)}.

§. XXVIII.

Caeteroquin in plurimis Circulis imperii haec antiqua forma circulorum fere in totum sublata est, cum per plusquam centum annos conuentus circularis in iis prorsus cessarunt, ideoque non officiales circuli electi, atque officia inde vacant, quorum unicum vestigium in eo tantum supereft, ut unus aut duo potentissimum statuum in quolibet circulo nomen directorum circularium gerant, quorum officium est mandata Caesarea aut iudiciorum Imperii exequendi ^{l)}. In quibusdam tamen circulis et praecipue Galliae vicinis, scilicet circulo Suevico, Franconico et Rhenanis antiqua forma fere conservata est; ibique haec praxis obseruatur, ut perpetuus miles circularis, a quoconque statu circulari secundum ratam suam militarem constitendus, semper alatur. Vicem Ducis circularis gerit Director circularis, quod officium vero tantum locum habet tempore belli Imperialis, ubi copiis circularibus praefest.

über ander Stände anmaßen. Mosers grösstes Staatsrecht P. 29. p. 226. :: von der Deutschen Kriegsverfassung c. 12. §. 24. p. 468.

i) Fabers Staatskanzley P. CXI. p. 33. sqq.

k) Mosers grösstes Staatsrecht. T. 29. l. 3. c. 152. §. 126. p. 485. sqq. Moser von der Kreisverfassung c. 12. §. 51. 59.

l) Moser grösst. Staatsr. P. 29. l. 3. c. 152. §. 9. p. 5. p. 207. §. 12. p. 258. §. 22. Idem von der Kreisverfassung. c. 12. §. 23. 24. 46.

CAPUT

CAPVT. II.

DE CASIBVS, VBI STATIBVS IMPERII DELE-
CTVS ALIENOS RECIPERE NON LICET.

§. XXIX.

Quamvis ius recipiendi delectus alienos sit plane liberum cuiuslibet status; tamen casus sunt, vbi in obligatione principis sit, alteri delectus in territorio suo instituendos denegare; et quidem:

1. Si iura neutralitatis eo laeduntur. De eo quod circa neutralitatem ius sit, principia v A T T E L I I M) sequi non dubito, quia ex natura rei sunt depromta, atque aequitati, et communi obseruantiae iuris gentium maxime conuenient.

Neutralis dicuntur status, qui in bello aliorum neutrius partes sequuntur. Non huius loci erit, disquirere: cui licitum sit, neutralitatem exercere, aut quis ob pacta antecedentia obligetur, ad associandum se alterutri belligerantium. Sed consideramus tantum iura et obligationes, quae ab hac conditione neutralitatis dependent, ad perspicuum, quatenus licitum sit, tempore belli aliis delectus concedere. Fluunt ex legitima combinatione iurum belli, cum iuribus, quae libertatem atque salutem populorum concernunt, qui in bella cum aliis haud implicati sunt; et in his principiis fundantur: Is qui bellum gerit cum altero, ex ratione salutis et securitatis sua*e* ius habet, alterum pro viribus suis priuandi omnibus iis, quibus sibi resistere et nocere valeat. Deinde: quod si quis iuribus suis vtitur sine respectu ad alios, h. e. sine animo, alicui belligerantium maiorem praeter altero tribuendi fauorem, tunc nemini iniuriam fecisse videtur, et nil neutralitati contrarium. Res erit

m) Droit des gens, l. 3. c. 7.

erit hic iustos limites constitundi, intra quos cuilibet secundum haec principia rite ius suum exercendi integrum sit; siue ex parte belligerantium, siue neutralium. Quoad hos recte dici potest: Dissidium aut bellum inter alios ortum tertio cuidam, qui nullius parti addictus est, liberam dispositionem iurum suorum, in persequendis mediis ad salutem subditorum necessariis, eripere minime posse.

§. XXX.

Hoc positio semper licebit populo neutrali jus suum libere exercere, et si per indirectum aliquis belligerantium eo detrimentum capiat. Exempli gratia: si gens quaedam hoc usque morem habuit, pecuniam mutuan alteri credendi, non est quod hostis eius de eo conqueratur, quia tantum virtut libertate sua naturali et commodum suum id requirit. Aut si populus certus, ad subditos suos in armis exercendum, vel ob alium forte finem, quosdam de iis alteri locare hactenus consuevit, aduersarius huius id ei nullo modo prohibere poterit quamvis contra illum pugnauerint. Ille enim populus id facit in salutem reipublicae sua. Verumtamen quia per plane liberum exercitium omnium iurum neutralium, quis belligerantium nimium forte perpeti posset, collisio horum iurum quibusdam restrictionibus tollenda est. Quocirca libertas naturalis neutralium restringenda est, quoties exercitium eius locum habere nequit sine maximo praecidicio alterius. v. c. si quis civitati oppugnatae alimenta aut ammunitiones belli afferre vellet. Tunc oppugnans merito iure gaudet, id prohibendi n). Restringenda porro est, quoties ratio proprii emolumenti non exigit, sic agere, quae si non maior est intuitu unius, quam alterius, exactissima obseruanda est aequalitas inter duas partes, neque vni concedendum, quod alteri denegatur. Si vero adeo, tunc proprium commodum requirit, vt id agatur, ex quo maxima percipi potest utilitas. Itaque si iste populus mutuum credens minus lucrum ab una par percipiere queat, aut constet eam non tantam securitatem praestare posse, quam alteram,

tunc

n) VATTEL l. c. §. II7.

tunc huic non iniuria sit, si hosti eius pecunia mutua creditur, quandoquidem ipsi ea denegetur. Eadem ratio est cum copiis alteri traditis; de quo exempla praebent Helveti et in nouissimo bello maritimo plures principes Imperii o).

§. XXXI.

Respectu eorum qui bellum gerunt, haud dubium est rationem securitatis suae exigere, ut omnem operam dent hostem suum impotenter et insirmorem reddere, quo facilius eum vincere queant. Quoties hoc ius in collisionem veniet cum iuribus neutralium, amicabiliter iura vtrorumque componenda sunt. Non igitur eo extendendum est ius belligerantium, alteri parti nocendi, ut summis neutralium fiat, nam horum libertas a nemine restringi potest, sed potius distinguendum est, vtrum isli hosti res afferunt quae inferunt ad bellum gerendum, veluti milites aut arma, instrumenta bellica, munitiones nauium, et alia quae vulgo dicuntur: Contrebande. Tunc licitum erit, has res capere sibique vindicare, quamvis indirecto neutrales eo detrimentum capiant. Nam securitas alterius hoc desiderat. Et non sufficiat, eas res tantum hosti detrahere, et soluere pretium proprietario, id enim inefficax esset; quia hoc periculum semper auderent neutrales, atque ab adductione earundam rerum nunquam abstraherent.

Quoad omnes alias merces nemini prohiberi potest liberum negotium cum hoste. Saltem si quis aduersario per res certas commodum nasciturum, seque iacturam pati credit, easque anferre cupit, Domino earum rerum pretium soluere tenetur, et quidem quantum iste ab hoste accipere potuisset. Fiat nunc applicatio horum principiorum in concessionem delectus. Si aliqui belligerantium delectus in territorio nostro concedimus, media ipsi tribuimus, quibus valeat hosti suo resistere, quin etiam vincere. Videndum itaque erit: vtrum commodum nostrum requirat, et semper mos apud nos fuerit, subditos nostros alieno Principi pro mercede in militiam tradendi; nec

D 2

ne.

o) BYNKERSHOEK l. c. p. 162.

ne. Si istud locum habet, nemo mihi prohibere poterit, morem meum sequi p). Dummodo reuera mihi emolumentum ex eo oriatur, et quod non tantum lucrum percipere possim, si id alteri parti concedam. Quod si vero haec ratio deficit et nullum plane lucrum inde traho, minime haec concessio alicui est tribuenda aut saltem et alteri est facienda. Nam si vni hunc fauorem denego, quem alteri concedo, iustissima isti erit causa, me tamquam hostem considerandi, bellumque mihi inferendi. Ab hoc disligendum est casus, ubi quis in duplice qualitate spectari potest, e. g. tamquam Princeps extraneus et tamquam status Imperii. Sicuti in ea qualitate bellum cum aliis geri, in hac autem pax seruari potest; ita quoque in eo respectu cui delectus denegari, in hoc vero concedi licet, sine omni laesione iurium neutralitatis.

§. XXXII.

2. Concessio delectuum libera esse desinit, quoties tractatus cum aliquo initio eo rumpuntur, cum scilicet pactus sim, ne tertio cuidam delectus in territorio meo concederem, et quidem neque tempore belli neque pacis, aut tantummodo tempore belli. Quaeritur: quena nam vis sit horum tractatum, et an liceat, excluso tertio, mecum pacienti delectus permittere? Cum iam supra demonstratum, ius delectus recipiendi plene liberi arbitrii esse cuiuslibet status, facile patet, me ius istud concedere aut denegare posse cui velim, hoc posito et liberum esse debet, pacisci cum altero de isto iure, ergo et disponere possum, eni concedere aut denegare velim. Nam vtor libertate mea naturali, ideoque nemini iniuriam facio. Tempore pacis igitur ius delectus exclusum alteri cum quo pactus sim sine iniuria denegare nequo, quia ius quaesitum habet in id, ad quod praefundum me pacto initio obstrinx q). Hoc casu igitur in obligatione mea est omnibus aliis denegandi delectus. De tractatibus iam tempore pacis initis qui autem re-

p) Mosers auswärtiges L. Staatsrecht, 2. B. c. 15. §. 19.

q) Mosers auswärtiges L. Staatsrecht, 4. B. c. 7. §. 2. sqq. c. 14. §. 12. sqq.

lationem habent in bellum futurum e. g. de praefundis subsidis in casu belli, de his in genere dicendum est, seruandos esse ab utroque pacientium, quoties non mentio facta est vnius status contra quem praecipue sunt directi. Praefundationes enim quas unus alteri facit, sunt debita, quae ab isto soluenda sunt, ex pacto antecedente; hoc non implore velle, esset repugnare primae regulae iuris naturae: pacta sunt servanda. Non ergo est quod populo cuidam iniuriam faciam, si forte per indirectum ei damnum infero, eo quod, cui subsidia aut delectus promisi, inimicus ipsius factus fuerit. Nec ratio securitatis eius postulat ut me tamquam hostem suum consideret, quia numerum hostium eo tantum augeret, nunc vero eas copias solum inimicas habet, quas alteri tradidero ^{r)}. Et tamen restrictione: nisi omnibus viribus alteri opem fero: tunc enim iniustum foret, ut quis amice ager contra eum, qui quantum potest operam dat ipsi nocendi. Alia ratio est paciti quod nominatim contra tertium est directum; hoc enim idem est ac foedere se iungere, cum quo aperte sum in bello implicatus. Qui autem socius est hostis mei, necessario et pro hoste meo est habendus. Ex hoc quoque sequitur quod iniuste actum esset, si post bellum iam ortum tales conventiones inirentur; tunc enim commoda quae vni exclusis aliis tribuuntur, eo ipso alteri nominatim denegantur, quia bellum iam incepsum fuit inter eosdem. Non ergo principiis iuris gentium conueniens est, si in bello populorum quorundam conventionem ineo cum alterutro eorum de concedendis delectibus in territorio meo, exclusa altera parte. Quamvis iuste fieri merito censendum, si obligatio ad id ex pacto antecedente oriatur.

^{r)} VATTEL I. c. div. 3. §. 101.

CAPVT III.
DE REQVISITIS IN RECEPCTIONE DELECTVS
ALIENI.

§. XXXIII.

1) *De requisitione.*

Ex prioribus iam abunde constat inuito Domino in alieno territorio delectus instituere nemini licere. Quum ergo quis id facere cupit, veniam ab ipso Domino petat necesse est, ideoque primum est requisitio consensus domini, quae est actus, quo Princeps, qui delectus in alieno territorio instituere in animum inducit, a Domino ipsius petat, an velit concessionem suam ad id dare.

Haec est anima totius negotii, quae si desit, nihil agi potest. Qui neglecta ea de facto milites conscribit, tamquam plagiarius consideratur atque corporis ac pro re nata capitis poena afficitur; ex parte Principis qui hoc iussit grauissima iniuria illata est, obligaturque ad satisfactionem severissimam³⁾. De quo pluribus cap. IV. Requisitio-

³⁾ VATTEL I. c. 1. 3. c. 2. §. 15. Personne ne peut enrôler en païs étranger, sans la permission du souverain, et avec cette permission même, on ne peut enrôler que des volontaires.

Ceux qui entreprennent d'engager des soldats en païs étranger, sans la Permission du souverain, et en général quiconque débauche les sujets d'autrui, viole un des droits les plus sacrés du Prince et de la Nation. C'est le crime que l'on appelle *Plagiat* ou vol d'homme. Il n'est aucun Etat qui ne le punisse très-sevèrement. Les Entrôleurs étrangers sont pendus sans remise, et avec Justice. On ne présume point que leur Souverain leur ait commandé de commettre un crime, et quand ils en auraient reçu l'ordre, ils ne devraient pas obéir. - Mais si l'on est assuré, qu'ils ont eu des ordres, on est fondé à regarder cet attentat d'un souverain étranger comme une injure, et comme un sujet très-légitime, de lui déclarer la guerre, à moins qu'il ne fasse une réparation convenable.

facienda est ab eo Principe qui delectus habere cupit. Parum interest siue per litteras ad dominum scriptas, siue per legatum eo loco iam constitutum, siue per quemcumque alium fiat, dummodo id quod ad essentiale negotii spectat, rite obseruetur. Requiritur dominus alieni territorii. Haec concessio pertinet ad summam in imperio maiestatem; qui itaque hanc exercet, eius est, talem concessionem dare.

In huius arbitrio est veniam dandi aut denegandi prout velit, aut conditiones adiiciendi quasnam velit. Maius enim qui valet, scilicet concessionem denegare, quin et minus poterit necesse est, eam nimis limitibus circumscribere. Hisce omnibus standum est praecise ab eis qui veniam impetrandi studuere. De conditionibus adiectis vide §§. Iqq.

Quaeritur cum concessio in genere data fuerit, num unus tantum conductor eo subintelligatur, an tot quot velint; et num una rapta domus conductitia constitunda, an plures? Si numerus adiectus est, huic standum esse liquet; at si huius mentio haud facta, haec concessio qualitatem privilegiorum habet, que semper strictissime sunt interpretanda, quoicunque ad id respiciendum, quod non plus concessum presumatur, quam ex necessitate ad conducendum requiritur; via igitur domus conductitia plus quam sufficit, ergo non plures sunt constituedae. Eadem ratio est cum conductoribus, ordinario unus Praefectus cum quibusdam subordinatis hoc negotium satis commode peragere valent, ergo non plures admitti debere merito censendum est. Quomodo denique requisitio fieri debeat, extra id quod fiat modo, quo deceat, reuerentiam statui Imperii libero debitam, ex analogia legum Imperii, de defectibus ab exterioris in Imperio insituendis, praecipientium, dijudicari poterit t). Primum igitur a Principe requirente adiiciendus est numerus militum, quot conducere, et determinandae personae, aut conductores, per quos fieri velit; deinde promittendum, eos non contra Principem aut

t) R. I. 1570. §. 7. Dieweil dem ic. Reichsgutachten von verbes. Exec. Ordnung von 1673, c. 5.

aut statum' requisitum' umquam militaturos esse, nullo modo praecidicium inferre reipublicae, siue sit per commemationes s. per transitus, s. per hospitationes, s. per iustificationes in territorio eius dominii factas, s. per defraudationes eorum, quae soluenda sunt.

§. XXXIV.

2) De productione litterarum patentium.

Conductoris, quem princeps ad hoc negotium misit, deinde est, se ad causam legitimandi, quod fit per productionem litterarum conductoriarum potentium (des Werb-Patents) quea sunt documenta, quibus princeps alienus testatur Domino territoriali, hanc esse personam, quam destinare voluit ad hoc negotium peragendum, scilicet ad milites conscribendos. Hic ipse deinde coram domino territoriali declareret, quot milites conscribere velit; pollicetur, ne delectus reipublicae quounque modo siant noxii, atque praefest cautionem per fideiussores idoneos, in territorio immobilia possidentes, de seruandis promissis atque restituendo omni damno, omnibusque expensis, quounque modo factis u). Quae si forte euenerint, fideiussores tenentur idemnitatem praefatae, quocirca statim executio in bona corum decerni potest x). Praecolla constitutio legum, quae, quamvis propri de delectibus exterorum in Germania disponat, tamen tamquam norma generalis in vniuersis Imperii prouinciis, saluberrima est habenda! His ita peractis delectus non impediti insitumere possunt y). Antequam vero se se hoc modo legitimauerint, cautione inque praefliterint, nihil suscipere audeant, sub poena, vt qui contra fecerint, tamquam temerarii iurium superioritatis violatores, gravissimis poenis in eosdem constitutis afficiantur; nec immerito, nam ante productionem istius princeps ignorat, quis sit iste ab alieno principe constitwendus; et sub hoc

u) R. 7. de 1570. Da aber einiger, 15.

x) ibid. §. im Fall denn 14.

y) ibid. §. Darauf und da. 13.

hoc praetextu quilibet eiusmodi res conari posset, ex quibus graue detrimentum reip. emerget.

§. XXXV.

3) *De conditionibus sub quibus recipiuntur militum conductorer,*
quae sunt:

a) GENERALES quae ex natura rei deduci possunt. Haec fundantur in eo: *ne reipublicae noxae fiant conscriptiones militum.* Quod locum habere potest respectu personarum, cum homines conscribuntur quorum intuitu interest reip. ne conscribantur, respectu modi conscribendi, cum illegitime peraguntur.

i. Quoad personas in genere videndum: quis conduci possit? Quum delectus sint contractus, in quibus consensus mutuus requiritur, sequitur ut quicunque hunc consensum libere dare nequit, non conduci possit. Quem vero dare non valent omnes qui libera de sua ipsius persona disponendi facultate non gaudent. Haec facultas autem restricta esse potest: a) vel ob causas naturales pupillis, furiosis et quibus leges communes ob defectum iudicii, facultatem contrahendi sine auctoritate eorum qui ad dirigendas eorum actiones constituti sunt, denegarunt.

Minores quamquam perfectius iudicium habere censeantur, adeo ut negotium cum iis celebratum subsistere possit z), ipsis tamen ob luctricum aetatis restitutio in integrum salua manet. Quæritur autem si iuramento contractum cum conductoribus initum confirmarunt, an subsistere debeat? Si iuramentum corporale praestitum, et minor puber- tam iam egressus sit, tunc minorennes pro maiorenibus habentur et contractum validum manere oportet, ob auth: sacramenta puberem C. si aduersi vendit:

On.

z) 1. 3. C. de in int. rest. l. 13. pr. D. de excus. tut. COCCET tit.
de minor. qu. 19. 20.

E

Annus minorenitatis diiudicatur secundum leges et consuetudines loci vbi contrahitur.

β) restricta esse potest ob causas ciuiles, cum quis se alteri iam antea obstrinxerat; et quidem vel reipublicae vel priuato cuidam. Si quis publico munere in republica fungitur, aut in tali nexus cum ea est, ut iure iurando fidem suam ei obstrinxerit, manifestum est, omnem libertatem cessare, alium nexum amplectendi.

Idem dicendum, si quis in seruitiis alicuius priuati est, quo pertinent famuli dominorum, servi, socii et pueri Knechte, Gesellen und Lehrjungen qui ad opificium discendum, opifici seruiunt, et in genere qui operas suas iam alteri locarunt. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Qui primum contraclum cum aliquo iniuit, ius quaesitum habet in id, quod in contractu promissum est, quod hic operae locatae sunt, et alter omni iure destitutus est circa eas disponendi.

2. Quidam modum conscribendi noxiae fieri possunt, si illegitimo modo peraguntur. Et quidem :

α) si iniuiti conscribantur, siue sit dolo aut variis clandestinis machinationibus, siue prossus violentia. Nemo, cui imperium in ciuitate demandatum est, cui itaque salus reipublicae atque populi sui curae cordique esse debet, aequo animo ferre potest id, ex quo ruina atque interitus totius reip. imminet. Itaque princeps qui delectus exterarum gentium in territorio suo concedere vult, eo ipso tamquam conditionem sine qua non, adiunxitse putatur: quod nemo cogatur, aut dolo, alisque fraudulosis mediis iniuitetur ad militiam et si hoc expresse non praescripterit, tacite eo subintelligendum est. Nam ipse princeps non habet ius id permittendi, quia non agitur de defensione patriae; et subditos aliis dare aut vendere ne illi quidem fas est α). Sana ratio

α) VATTTEL I. c. 1. 3. c. 2. §. 15. Avec la permission même du souverain on ne peut enrôler que des volontaires. Car il ne s'agit pas ici

ratio et huic respondens ius naturae et Gentium docent, nihil esse tam inhumanum communique fini omnium ciuitatum, scilicet saluti ac bene esse hominum magis contrarium, quam eiusmodi abductiones hominum. Amor patriae merito superat alia omnia. Scelerati ac nequissimi homines priuantur patriis laribus, quia facinoribus debita poena habetur relegatio. Et merito; nam patriae solum omnibus est charum atque iucundum. Par supplicium perpeti coguntur ciues innocentes pacifici, industriosi, ab omnibus flagitiis alieni, dum vi atque dolo ex patria ad militiam trahuntur sine spe natuum inquam reuidenti folium. Libertas eligendi vitae genus, suo cuiusque facultati atque inclinationi conueniens, eleclumque per totam vitam exercendi esse pretiosissima praerogativa liberorum ciuium b). Hoc privilegium afferunt miseri illis, et iniuitae militiae iugum subire coguntur, vbi vires et vitam ipsam sacrificare tenentur, et quidem nulla virgente publica necessitate patriae. Dulce ac gloriosum est pro patria mori. At pro alio qualibet certe dulcior est vita ac libertas c).

In tranquillitate vitam degere, commodisque vitae cum familia ribus frui, iucundum, et sit omnium membrorum in republ. fors. Sed quam multum distat ab hac, vita militaris, qua procul ab omnibus vita commodis, inter continua militaria exercitia, verbera et plaga aerumnosum spiritum trahere compelluntur, cuius acerbitas inde augetur, quando vi atque clam ita subducti ciues una ac simul coniugibus, parentibus, liberis atque amicis eripiuntur d).

E 2

Se-

ici du service de la patrie, et nul souverain n'a le droit de donner ou de vendre ses sujets à un autre. Perill. I. S. PÜTTERI Rechts Fälle 3. B. I. Ch. S. 265 praecl. n. 17. sqq.

b) Perill. I. S. PÜTTER I. c. n. 21. 22.

c) At enim vero quis nescit, militiam ab iis qui iniuiti ad eam abstracti hantur pro peste ac exilio fortunarum suarum reputari, et vere illos ex tranquillissima vita in perpetuas turbas coniicere. LEYS. sp. 600. m. 6.

d) I. A. ICKSTATT aut Resp. I. W. BVRCHARDT de illicitis militum conquisitionibus in territorio alieno earumque poenis, §. 19.

Securitas est requisitum essentialis, ad quam subditis in ciuitate praestandam Princeps vi officii obligatur, in hunc finem ciues in societatem ciuilis coeunt, ideo principi ex bonis suis contribuunt. Si id non consequuntur, Princeps officia sua non implet, ideoque et si absolu possint ab obsequio erga eum est. Omnis vero securitas abest in isto casu: vbi subditi in periculum vitae, libertatis ac bonorum veniunt. Quomodo resp. subsistere potest, vbi licitum est violenter homines abducere? Quid est respublica sine ciubus? et qui non violentia abducuntur, proprio motu exhibunt, quia in ea ciuitate nemini manere placebit, vbi in securitate victimi quaerere, et pro lubitu commodis vitae frui non contingit.

§. XXXVII.

By illegitimo modo sunt, cum contra id actum, quod secundum leges requiritur ad validitatem Conventionum in genere, et tunc in specie ad validitatem conductionum militum.

Secundum ius commune in conventionibus et contractibus requiritur consensus mutuus in praestationes sibi iniicem promissas. Quidquid vitiat consensum, conventionem quoque irritam reddit, quo pertinent exceptiones doli, metus, erroris etc.; quae omnia secundum principia iuri communis diiudicanda sunt et tam cognita sunt ut hoc loco illis morari non liceat.

Si ergo dolus est adhibitus in conductione, totum negotium corrupt, eodem modo si metu quis coactus sit ad contrahendum, aut si consensus tantum non omnino liber sit, ex quacunque causa fuerit; non minus si conductus in errore fuit, qui causam dans est contractui; siu incidentis est, cuius ignorantia eum non commouisset ad contractum plane

f) Nequit princeps ciui necessitatem parendi impicare, nisi ei securitatem antea praestet. LEYSER sp. 568. m. 13.

f) KOSTKA obseruationes militares theoretico - practicae über den kaiserlichen Artikelsbrief LEOPOLDI I. Wien 1738. 4. art. 1. n. 48.

plane non ineundum, tunc sane non recedere potest a contractu, sed tenetur ad eum seruandum. Ad validitatem conductionem militum ipsarum desuper praeter generalia requisita ad conuentiones necessaria ex generali omnium gentium obseruantia adhuc quaedam accedere debent, antequam obligatio ab alterutra parte perfecta sit. Quum scilicet alter contrahebitum consensum in locationem operarum suarum militarium, atque in mercedem ab altero promissam dederit, ante tamen neuter eorum valide obligatus est, quam arrha militaris ex parte conductoris si praefixa g). De hac parum monenda. *Arrha est omne id quod datur in signum eius quod perfectionem contractus concernit, et duplicitis est generis. Contractibus adiicitur vel in signum contractus perfecti et ea confirmandi, vel in signum referatae licentiae a contractu resiliendi.* In hoc casu pro poena conuentionali est habenda quae soluenda est si constituens a contractu vult recedere, quod ei saluum manet, quoties arrham omittit vult h).

Ea de qua hic sermo est, ad priorem speciem pertinet, et datur ad confirmandum contractum, ut constet utrumque, nihil superesse, quod ad perficiendum et implendum hoc negotium requiritur. Sicuti prius quam haec praeslita sit, obligatio adhuc invalida est, ita post eam subsecutam uterque tenetur; nisi causas interuenient, ob quas contractus resiliendus sit, nimirum dolus, metus etc. nam et arrha iam data ex hoc capite rescindi posse conductiones, dubio caret, quia per dationem arrhae contractus tantum plane perficitur, perfectus autem contractus requiritur quin rescindatur.

Quaeatur: an acceptatio arrhae pro consensu facito habenda? Si quis pecuniam qua arrham libere accepit, sane consensus

g) Ex regula apud omnes gentes arrha requiritur ad conducedendum. Sunt tamen ubi non necessaria est, ut in militibus Principis Imperii Anhalt Zerbst, et in statu ecclesiastico Italiae hunc morem non introductum esse legimus in ILL. SCHLÖZERI *Staatsbestr* 2. V. 6. H. pag. 215.

h) i. v. de LUDWIG aut Resp. A. D. GRUBER de differentiis iuris Rom. et Germ. in re militari. differ. IV. b)

tacitus ex eo praesumendus est. Quam vero si probare potest se alia opinione accepisse v. c. tamquam simplicem donationem, aut tamquam sibi ante debitam summam, tunc liber consensu deficeret, et iniuitus militiam suscipere, si ad eam cogereatur. Quod non licet. Idem dicendum si inscio cui arrha imponitur. Ex hoc nulla obligatio oritur.

Quaeritur porro an aliae res datae, quam pecunia numerata, pro arrha sint habenda? Ex communi omnium gentium obseruantia pecunia numerata in arrham dari solet. Pro ea igitur nil nisi pecunia numerata praesumitur, donec probetur contractum ab utroque parte conventum. Bene enim fieri potest, vt partes contrahentes, conueniant de alia re pecunia aestimabili loco arrhae habenda. Quid si expresse conuentum, conuentioni standum est. Caeterum quantitas arrhae solvendae a libero arbitrio partium dependet, et plurimum determinari solet ante initum contractum secundum interesse viuiscuiusque, eoque maius esse; si conductoris, minusque si conducendi plurimi interest, vt contractus perficiatur. Promissum autem strictissime est praestandum, anteaque nullo modo obligatur conducendus, nisi sponte crediderit ipse.

Quaeritur denique, si quis ebrius fuit, et in hoc statu consensum dedit et arrham acceptavit, num hoc promisso sobrius factus teneatur? Distinguendum esse videtur: utrum conductores operam dederunt, aliquem ebrium faciendi, hoc sine vt in ebrietate illum conducere possent, tunc sane minime tenetur. Cum enim quilibet modus conductendi iniuitos pro illico habetur, merito et hic eo pertinet, quia dolus conductorum interuenit, quo aliquem in eo statu collocarunt, in quo nemo sibi conscient ex certa animi scientia consensum dare potest, et hoc modo consensum elicerunt; qui ergo pro nullo habendus ex duplice causa; ob dum interuenientem, et ob defectum libertatis animae, nisi post ebrietatem libere ratihabeatur. Quid? quod poena arbitraria afficiendi sint conductores, qui tali dolo vtuntur ad milites conducendos. Si vero conductor non causa efficiens ebrietatis conducti est, neque immediate neque mediate, quod ultimum fieri potest,

si

Si per alium fieri iubet, e. g. si caponi soluere promittit, quod iste consumperit, atque is nihil postulat ab hospite suo conducendo; quaeritur, quid tunc sit iuris, cum hospes in ebrietate operas suas militares conductori locat *i).* Generaliter et hic locum habet, quod de vitio consensus dictum est. Si ergo probari potest, ebrium quem fuisse, dum consensum dedit aut arrham accepit, deficit libera facultas cogitandi et agendi, ideoque contractus nullus est, nisi ratihabitio ex post accedat *k).* At cui probatio incumbit? Si documentum perfecti contractus adest, v. e. si constat, aliquem arrham accepisse, probare debet is qui intentiōnem suam in facto aliquo fundat, h. e. qui ebrius fuisse contendit. Quae probatio per testes fieri debet, quamvis non prorsus negandum est, iuramentum ipsi deferri posse, de eo quod nihil sibi conscientiam habeat, de promissio facta aut de arrha accepta. Nam vulgare illud: quod nemo propriam turpititudinem confiteri tenetur, tantum restringendum est in casum, si in ipsis detrimentum fieri debet, et quod non eo cogi possit. Secus, si in commodum ipsius et voluntarie fit.

§. XXXVIII.

B) CONDITIONES SPECIALES interdum adiiciuntur, pro vniuersusque territorii qualitate, aut Principis arbitrio. Cum enim euilibet Principi integrum sit praescribere conditiones quas velit, saepius fit ut certa causae sint, ex quibus in hac vel illa re libertatem constringi milites magis restringere conueniat. Sic e. g. in terris Brunsuico Lüneburgicis plane prohibitum est conscribere terras possidentes, ad militiam prouincialem pertinentes ob edictum de a. 1712. *l)* neque homines in metallifodinis laborantes aliosque ex regione Hercyniae, vi edicti de a. 1706. *m)* In terris Danicis ciuiis conduci non potest, ne-

que

i) LEYS. sp. 624. m. 9. 12.

k) Ebrii in statu ebrietatis contrahentes a furiosis non distant, *i. H.* BOEHMER introd. in ius Dig. I. 2. T. 14. §. 2.

l) in corp. iuris milit. P. I. p. 896.

m) ibid. p. 887.

que filii aut famuli opificum, aut qui linguae Danicae et Germanicae
ignari sunt etc; vi edict. de 1736. 1757. 1758. n).

In civitate Hamburgensi quilibet conductor requisitione legitimo modo facta et concessione rite impetrata, accipit documentum permisoriuum (Erlaubniß - Schein) in quo conditiones ei declarantur, quae ab ipso seruanda sunt, in hunc modum:

Es ist = = vom = = Regimente die Werbung alhier verstatet wor-
den; jedoch mit der ausdrücklichen Bedingung, daß keine hiesige
Bürger oder Bürger-Kinder, noch solche Personen, welche
sonst der Stadt alhier mit Eyden und Pflichten sich verwandt ge-
macht, und der bürgerlichen oder anderweitigen Verbindungen
hieselbst sich vorhero nicht gebührend entledigt haben, angewor-
ben werden dürfen; auch niemand zur Annahmung der Kriegs-
dienste auf irgend eine Art und Weise gezwungen werden könne
noch möge. Widergenfalls solche geschehne Anwerbungen durch-
aus für null und nichtig erklärt werden sollen.

Wornach ein jeder, den es angeht sich zu richten hat. Ham-
burg den = = = 17 = = o).

n) Corp. iuris milit. T. I. p. 283. KIRCHHOF l. c. I. Hauptstück
I. Abschn. §. 19.

o) Hamb. Mand. Samml. T. 5. in ind. sub voce: Werbung.

CAPV IV.

— — — — —

CAPVT IV.
DE DELICTIS ET EXCESSIBVS CON-
DVCTORVM.

I. *Eorum, qui sine concessione data delectus instituunt.*

§. XXXIX.

Ex prioribus iam satis elucet, ad delectus in alieno territorio inslituendos requisitum essentiale, concessionem esse domini. Qui neglegeta hac eos suscipit, violat ius sanctissimum Principis ac nationis, et crimen enormissimum committit, quod dicitur *crimen plagii*, pro circumstantiis siue aggrauantibus siue mitigantibus eo grauius aut mitius puniendum. Quod enim maius delictum cogitari potest, quam hominum furtum, quibus in uniuersa rerum natura praefiantius nihil est. Iam furtu rerum inanimatarum, latrocinia, próditones, caeteraque eius generis delicta ultimo supplicio puniuntur, quidni in eos, qui veluti generis humani hostes, finem, cuius causa in ciuilem societatem coaluere homines, temerariis ausib⁹ impediunt; autores scelerum, in quibus omnia haecce delicta veluti in colluuiie concurrunt, grauissimae poenae decernantur? Et profecto omnes tam diuinæ quam humanæ leges in eo mirifice conueniunt, plagium grauissimis poenis esse coērendum. „Qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum, coniuctus noxae, „more morietur p); et si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem „suum de Israel, et vendito eo acceperit pretium, interficietur et auferes malum de medio, q), statuitur in ipsis legibus sacri codicis. Cui plane respondent leges ab humanis auctoribus constitutæ, quae ab antiquis-

p) Exod. c. 21. v. 16.

q) DEUTER. c. 24. v. 7.

tiquissimis temporibus apud omnes gentes capite puniri volunt plagiarios. Sic apud Romanos sanctio exstat L. 7. C. ad leg. Fab. de plag. „Quoniam interdum ingenui homines eorum scelere alportari solent, horum delictorum licentiae maiore severitate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si qui in huiusmodi facinore deprehensi fuerint, „capite plecantur.“ Quod confirmatur in L. 16. Non mitiores in plagiis puniendis Germanorum antiquae leges fuere; sic leges Wisigothorum^{r)} parentibus ingenuis ob liberos subreptos, plagiarios occidendi potestatem tribuerunt. Maiorem adhuc poenam speculum Saxonum constituit, dum plagiarios in partes secati iubet ^{s)}: der einen freyen Mann wissenschaftlich vor einen eigenen verkauft, oder vorhält, oder bereitet daß er ihm davon laufen soll, dem soll man seinen Leib vertheilen.

Et speculum Sueicum, eos laqueo puniri vult: Da ein Mensch den andern stielet, das ist auch ein Diebheit, und wird es in seiner Gewalt begriffen; man schiebet es auf ihn als andere Diebheit, und wie jung er ist, wie arm er ist, man soll ihn darum henken ^{t)}. Eodem modo ius canonicum: „qui furatur hominem et vendiderit „eum, conuictus noxae, morte moriatur“ ^{u)}.

S. XL.

Quae cum ita sint, crimen plagi inter ea numeranda esse, quae ob maius detrimentum quod reip. inferunt, grauius punienda esse, nemo facile inficias iturus est. At dubitandum forre quis putauerit, lectionem hanc militum clamdeslinam prohibente domino factam ad plagi crimen referri posse, quia praeципuum legis Fabiae caput aduersus eos direclum fuisse legimus, qui liberos homines in seruitutem in-

vo-

^{r)} lib. 7. tit. 3. §. 3.

^{s)} GLOSSA iuris Saxon. l. 2. art. 16. n. 9.

^{t)} art. 210.

^{u)} c. 1. X. de furt. c. 4. X. de raptor. IKSTATT l. c. §. 16. et 25. sqq.

voluntariam abstraherent α). Verum ut ne dicam, quod militia iis qui inuiti e patriae finibus ab exteris ad eam trahantur, iniuria atque iatura libertatis haud leuior habenda, ac si durissimam quamlibet aliam seruitutem seruire iuberentur; etiam concessa legem Fabiam praecepit eiusmodi suppressores, per quos liberi homines in seruitutem derudebantur, persequi, eandem tamen et generaliter eos coercere qui homines ingenuos vel libertinos inuitos celauerint atque suppresserint, etiam non seruitutis causa, sed e. g. vt pro filio haberent constat ex L. 6. §. 2. ff. et L. 5. C. ad leg. Fab. de plag. cum hoc saltē discriminē, vt suppressor qui seruitutem liberi hominis intendisset, ultimo supplicio, qui aliam causam supprimendi habuisset, lenius puniretur y). Quo tendunt L. 1. ff. et L. 7. C. ad leg. Fab. de plag. et §. 10. I. de publ. iud. Quo circa recte cum LEYSERO α) dicendum: omnem suppressionem et violentam aut fraudulentam esportationem liberi hominis, quacunque de causa fiat, plagium esse, at non semper ultimo supplicio puniri, sed tunc saltē cum suppressor seruitutem suppressi intendit. Quodsi plagiarius non seruitutem sed aliam causam uti militiam vel hereditatem etc. intendit, ex arbitrio indicis panitur fuisse istū, relegatione, mulcta, carcere; nisi adhuc alia crimina concurrent, quae per se ultimum supplicium mereantur a). Quae an hic locum habeant, nunc videndum est.

Iam supra est ostensum: ius delectus instituendi in Germania ad superioritatis territorialis complexum pertinere, hanc vero citra domini territorialis consensum in alieno territorio exercere nefas esse. Inde sequitur, vt qui in alieno territorio inuiti domino delectus instituat, contra

iura

α) B. MEISTERI principia iuris crim. §. 186, sqq.

γ) B. MEISTER I. C. §. 189.

α) sp. 624. m. 5.

α) B. MEISTER I. C. §. 191. BERGER electa iuris crim. p. 64. CARPOZO prax. crim. P. 2. Q. 83. n. 89. 90. LEYSER sp. 624. m. 6. qqq.

iura territorialia agat. Qui autem iura territorialia violat, contra sanctissimas Imperii Constitutiones fundamentales agit b).

Superioritas territorialis idem est in Germania quod apud exteras Gentes Maiestas denominatur. Qui proprio ausu iura maestatica exercet, criminis laesae Maestatis reus est c). Ergo qui in alieno territorio inuito domino delectus instituit tamquam partem iurium Maestatis, crimen laesae Maestatis committit, et tamquam perduellis est puniendus. Forte quis obiciat Leg. 3. pr. ad Leg. Iul. Mai. vbi capite puniri iubetur qui ciuem hosti tradiderit. Non enim semper hostis est cui milites colliguntur, sed saepe princeps vicinus amicus forte et foederatus. At facile remouenda est haec obiectio ex eadem lege, vbi maestatem publicam laedere dicitur, qui iniussu Principis delectum habuerit. Delectus vero est euocatio etiam unius hominis in militiam. L. 4. §. 10. ff. de Re milit. Itaque qui iniussu Principis pro extero principe milites legit simpliciter perduellis est d).

S. XL.

Duplici modo peragi possunt has collectiones militum in alieno territorio, vel exhibita violentia vel sine vi. Qui sine vi milites in alieno territorio inuito Principe conscribunt, iura maestatica proprio ausu exercent, proinde pacem publicam, iura territorialia omnibus statibus salua et intacta manere iubentem, subditosque alteri abstrahere prohibentem rumpunt e). Ideoque a fractae pacis publicae crimine

b) Instrum. pacis Osnabr. art. 8. §. vnanimi.

c) I. H. BÖHMER introd. ad ius D. l. 48. tit. ad leg. Iul. Mai. §. 17.

d) LEYS. sp. 624. m. 9.

e) Landfriede 1548. praef. §. 1. Dass auch keiner den andern seine Possession, Inhabens oder Gewehr es wären Schloss, Städte Dörfer, Res galia, Jurisdiction, Gericht, Hoch- u. Obrigkeiten und andern Ges rechtigkeiten nichts ausgenommen freuentlich entsezen, noch seinen Unterthanen abziehn soll. BLVM. ad process. Cam. tit. 29. §. 16.

hanc absolu possunt, quia eam iam fregisse dicitur, quicunque aliquo modo contra unum tantum articulum eius peccauerit. f).

Quod si dolo malo, clamdebetis machinationibus, aut adhibita plane vi ad amplectenda seruitia militaria iniitos in alieno territorio adiungit, atrocissimum crimen perpetratum est, et ita qualificatum, prout Constitutio pacis publicae requirit, cum vis illata est publica, quippe quae dici potest omne factum publicam securitatem violans, non tantum domino territorii, dum in iura territorialia eius impingatur, sed etiam subditis, dum nefarioris conatibus patria ac libertate, quae ingenuo cuiilibet pretiosissima merito habetur, priuantur g); cum deinde illata est armata manu, sive coadunati, sive singuli eam suscepissent; armati enim iam dicuntur omnibus rebus instructi, quibus nocere valent, quae in genere sub armis intelliguntur, denique ex proposito ac dolo malo factum, ex quo requisito unico absque vi publica et armata manu iam oritur actio fractae pacis h).

Quae omnia eo minus dubio abnoxia sint, cum summatis omnes causae sub constitutione pacis publicae comprehendantur ex quibus seditiones et tumultus in Imperio oriiri, et quae quietem eius turbare queant i).

Quae cum ita sint, ex cumulatione tam multorum criminum in uno, horum autores enormitati eorum adaequata poena coercendos esse, nemo negabit. Iam si plagiū solum commissum fuerit, quamquam non seruitutis verum alias rei causa, poena quidem arbitraria,

F 3

gravis

f) BLVM. c. 1. §. 35. Mosers nachbarliches Staatsrecht. 3. B. c. 8.
§. 5. pr.

g) BLVM. c. 1. §. 40. sqq. GAIL L. de P. P. c. 1. n. 42.

h) BLVM. c. 1. §. 52. GAIL L. de P. P. c. 7. n. 3. Landfriede
§. 1. verbo: freventlich entscheiden, §. sq. verb. freventlich einnehmen.
MYNSINGER obseru. 1. 3. Obf. 98.

i) GAIL L. c. c. I. n. 42.

grauis tamen decernenda est in plagiis reos ^{k)}. Quidni, si crimen perduellionis, et fractas pacis publicae eo accedat? Poenae in Pacis publicae violatores sancitae, sunt bannum imperiale, tum multa 2000 mafacrum auri, quae hodie efficiunt 192000 Imperiales ^{l)}, tum si quando contra clericos aut foeminas agatur, priuatio regalium et bonorum ^{m)}.

§. XLII.

Quomodo se hodierna praxis habeat quoad punitionem conductorum exterorum inscio domino subditos ad militiam trahentium, non melius cognosci poterit, quam ex mandatis poenalibus statutum Imperii contra hosce conductores promulgatis. Quae in vniuersum in eo contentiunt, eos tamquam temerarios iurum superioritatis violatores ubi reperiantur capiendos et in continentia laqueo aut alia poena capitali afficiendos esse ⁿ⁾.

Sic in Electoratu Bauariae vi Mandat. Electu. de A. 1732. sancitur: alle falsche Werber sollen auf Betreten also gleich zum nächsten Infanterie-Regiment geliefert, aldort examinirt und nach beschreibner Ueberweisung immer dreymal 24 Stunden ohne Rückzug aufgehenket werden, quod confirmatur per mandata de 1764. 66. vbiique adiicitur, daß man die Thäter allenthalben wo sie immer betreten werden, handfest machen, examiniren und vom Scharfrichter längst innerhalb 24 Stunden aufzuküpfen lassen soll o).

^{k)} LEYS. sq. 624. m. 5.

^{l)} BLVM. c. l. §. 103.

^{m)} Landfleiben von 1548. art. 3. n. 4. art. fin. §. und gebieten. 4. Perill. RÜTTERI noua epitome process. Imp. §. 135. sqq.

ⁿ⁾ De quo et LEYS KRVS exemplum praebet sp. 624. m. 12.

^{o)} Mosers nachbarliches Staatsrecht 1. 3. c. 8. §. 5.

In terris Mecklenburgicis de a. 1754.

So beschlen wir allen Haupt- und Amtleuten :: Schulzen und
Wächter bey Strafe von 500 Rthlr. keine freunde Werbungen weder öffentl
ich noch heimlich zu verstatthen, sondern wenn sie das geringste das
von versprühen solches zu hintertreiben, allenfalls Gewalt mit Gewalt
steuern, die geworbne Mannschaft und Werber anhalten, mit Ziehung
der Glocken die benachbarten Dorffschaften zu Hülfe rufen, so
wohl die Werber als Geworbne an unsre nächste Garnison liefern,
auch in der geringsten Widersekung, der Werber an Leib und Leben
nicht schonen ic. p).

In terris Hannovricis d. 1731. Quod vide §. 15.

Quae poenae secundum circumstantias augeri possunt, si aliae in-
insuper criminum publicorum rationes superuenerint, ut si iteratis man-
dati inhibitorii spretas poena non obtemporarunt, si alia facinora per-
petrarentur, si milites Principis iam lectos conquisuere aut ad deferendum
sua signa dolose induxerunt etc. Interest enim rei publicae ut a pestilen-
tissimo hocce hominum genere purgetur, quoniam per publicos huius-
modi ciuium liberorumque hominum praedones pax et securitas ci-
vitatis interna penitus euertitur. Quocirca et non peccare eos aestimandu-
m est, qui pro imperio a se stisque depellendo congregantur, fidem
hominum obtestantur, misericordium protocant ac turbam concitant,
quia non vescendi sed tuendi causa fit. L E Y S. sp. 540. m. 2. 3.
Quinimum si aliter nequit, et cum caede repellenda est vis iniusta.
Nam, "iure dicitur l. 3. de iust. et iure, hoc euenit e vt quod quisque
,,ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimatur.,, L E Y S. sp. 624.
m. 14. 15. sp. 600. m. 5. 6. Siue mitigari possunt poenae et in conde-
nnationem ad operas publicas in Ergasteriis et domibus correctoriis, in
mulctas, relegationes mutari queunt.

§. XLIII.

p) Gabers Staatskanzley, P. 110. p. 192. sgg.

§. XXXIII.

Nihil autem interest utrum quis per se aut aliorum mandato talia crimina suscepit, sed is tenetur qui deprehenditur, cum cuique in iuribus suis se tueri, vimque vi repellere licet, magisque conueniat apprehensos in flagranti, quoque in continentis poena persequi, quam deum inquirere, an mandato alicuius factum sit. Nou quidem praesumitur, Principem eorum, crimen committere illis insisse, et quandocunque fuerit, non obtemporare debuissent; quoniam nullus Princeps ius habet ea praecipiendi quae ipsi iuri naturae sunt contraria. Cum vero constat, iussu Principis sui id eos fecisse, eum fractae pacis publicae criminis accusari posse, haud dubium est. Cum mandantes non minus quam mandatarii criminis rei censendi sint, iique non tantum pacem publicam frangere censeantur, qui vim publicam ipsi inferunt, sed etiam qui consentiunt, etsi non intresint, atque mandatum solum dederint aliis, vel per suos vim inferri current, aut etiam sinant r). Caetero-quin princeps laesus hoc attentatum alterius considerare potest tamquam grauissimam iniuriam, cuius reparanda causa alter ad satisfactionem grauissimam summo iure tenetur s).

§. XXXIV.

Idem fere quod de ipsis auctoribus delictorum, quoque de sociis, auxiliatoribus, receptatoribus et complicibus criminum est dicendum. Cum in pari regulariter reatu reprehenduntur, quin etiam regulariter pari capitio poena puniendi sint, necesse est. Idque potissimum de subditis statuendum, dum concives suos, saepe amicos et sanguine iunatos exteris hisce hominum coemptoribus, conductio ad mensuram pectio nefario facinore diuendant, ac proin inhumano prorsus pruditio-

r) Landfrieden von 1548. tit. 6. §. 1. ICKSTATT l. c. §. 31. CARPZ. prax. crim. P. I. Q. 37. n. 46.

s) VATTEL l. 3. c. 2. §. 15. ICKSTATT §. 13. BLVM tit. 29. §. 31 et 38. GAIL l. de P. P. c. I. n. 43. c. 15. n. 26. sqq.

scelere fidelitatis, amoris, atque amicitiae vincula rumpant ^{t)}. Quo-
circa et in huiusmodi complices grauissima supplicia statuta legimus.

Vt in mandato Mecklenburgico de 1754.

Zugleich wollen wir jeden ernstlich verboten haben, sich als einen Verräther, Spion oder Zubringer bey fremden Werbern gebrauchen zu lassen, mit der ausdrücklichen Bedrohung, daß derjenige der sich als ein solcher erfinden läßt und dessen wie Recht überführt wird, ohne Anfehn der Personu und ohne einige Gnade als ein öffentlicher Dieb und Räuber mit dem Galgen bestraft werden soll.

In mandato Brunsl. Luneb. de a. 1731.
Diejenigen unsrer Unterthanen die zu solcher gewaltsamen Verbung und Einführung ans hiesigen Territorio vorseßlich und wössentlich Anschläge und Hülfe beytragen, ad dies vita mit dem Karrenziehen, die Frauenspersonen aber auf Lebenszeit mit dem Buchthause bestraft werden.

In mand. sueco Pomer. de a. 1735.

Wie dann auch diejenigen von hiesigen Landes-Einwohnern und Unterthanen, so sich auf einige Weise zu Beförderung der fremden Werber Absichten gebrauchen lassen, ohne Unterschied von was für Condition sie auch seyn mögen, exemplariter den Werberu gleich, sollen ge- straf't werden.

In mand. Halsat. de a. 1726.

Diejenigen, sie indgen seyn wer sie wollen, so aus schändlichen Ge- genniß eines lasterhaften Gewinns mit solchen Werbern einiges Ver- ständniß und Unterschrift zu pflegen, sie wössentlich zu beherbergen zu verhelen, oder auf einige Art hilfreiche Hand zu leisten oder irgend ein

Theil

^{t)} PROSP. FARINACIVS Tract. crim. P. 7. Q. 162, n. 56, sqq.

ICKST. §. 32.

^{u)} Gaber P. 110. p. 192. sqq.

Theil denen zu nehmen sich verleiten lassen, sollen mit harter Leibesstrafe auch befundnen Umständen nach, mit Confiscation ihrer Güter, oder gar am Leben bestraft werden.

Quinammo ibi ultimum supplicium postea in eius generis plagiarios constitutum esse docet LEYSER sp. 624. m. 9.

§. XLV.

Cum denique in delictis potissimum capitalibus haud personarum dignitas praerogativa aut merita attendantur x), sequitur ut perinde sit siue officiales et praefecti, nobiles aut ignobiles in talibus facinoribus reprehendantur, verum pari supplicio subiiciendi sint. Quod et supra allegata mandata confirmant, vbi poena in quoslibet statuit: ohne Einschluß der Person y). Ex quibus etiam constat, cum forum delictis fundatur z) delinquentes in loco vbi facinus commisum fuerit, puniri debere. Nullaque obligatio eos extradendi subest, vi potius poenae genere deterri possint caeteri quo minus talia audeant. a).

2) delicta rite constitutorum conductorum, quae sunt:

§. XXXXVI.

a) COMMUNIA, sub quibus intelliguntur ea quae non minus a paganis quam militibus et conductoribus militum perpetrari solent, et communibus rerum criminalium poenis coercentur b) vt duella, cædes etc.

Omnes

x) CARPOV praxis crim. P. 3. a. 1778. n. 38. sqq.

y) ICKST. §. 30.

z) l. 3. ff. de offic. praef. l. 7. §. pen. l. f. ff. de accus.

a) l. 7. C. ad leg. Fab. plagiari.

b) f. Voet de iure militari c. 4. §. 2. MEYER coll. juris Arg. ad l. 49. t. 16, §. 15.

Omnés qui ea delicta committunt, quae communibus legibus
poenalibus prohibentur, quoque secundum has diudicentur poenaque
illis constituta afficiantur, necesse est. Quæritur: coram quo iu-
dice cognitio causae pertineat, et poena decernenda sit; utrum forum
delicti commissi praeserendum sit foro domiciliī, aut foro militari
conductorum? Quod vtique affirmandum est; et deduci potest ex na-
tura superioritatis territorialis *c)*, cuius effectus insignes potissimum
sunt ut quilibet superioritate territoriali gaudens, in suo territorio tantum
leat, quantum Imperator in Imperio *d)*, ut vigore eius in omnia bona,
in omnes subditos ciues et alios in territorio commorantes sive comprehen-
sos, vniuersalem habeat iurisdictionem, ita ut quicquid sub ambitu
territorii et ejus tatis alicuius magistratus continetur, id regulari iuris
praesumptione, eiusdem iurisdictioni eique parere intelligatur nisi exem-
tio doceatur *e)*.

Omnés igitur qui in territorio commorantur, imperio domini
territorialis obnoxii sunt sive sint subditi perpetui sive alii, qui cuius-
cunque finis causa per tempus aliquod ibi manere volunt. Quando-
cunque quis intrauerit in territorio, princeps ipsi accessum hac tacita
tantum conditione permittere praesumitur, ut legibus se submitat. Se-
curitas publica, iura Nationis et Principis hanc conditionem ex necessi-
tate requirunt, cui se tacite submittit quilibet, simulac pedem in terri-
torio posuit. Iurisdictione suprema comprehendit ius imperandi in uni-
verso territorio; legesque non eo tantum tendunt, ut actiones ciuium
inter se iniucem dirigantur, verum quid intra vniuersos territorii fines
ab omni genere personarum obseruari debeat, statunnt *f)*. Vi huius
subjectionis nexus lites inter peregrinos inter se aut inter eos atque ci-
ties

c) MIEGIVS de superior. territ. conclus. 7. sqq. KNIPSH. 1. c.
l. 2. c. 5. n. 57.

d) Perill. 1. s. PÜTTER inst. iur. publ. §. 206.

e) KNIPSCHE. 1. 2. c. 5. n. 68. 69. 1. 1. c. 12. n. 93. sqq.

f) Moser's nachbar. Recht. 1. 4. c. 3. §. 4. sqq. WOLFIUS ius gen-
tium §. 299. 300. §. 1058, 1059.

ves ipsos ortae diudicandae sunt a iudice eius loci, secundumque leges ibidem constitutas. Caeteraeque Nationes hoc ius honorare debent. Quia enim administratio iustitiae exigit, quamlibet sententiam definitiuvam secundum leges pronunciataam, iustam haberi et tamquam illam in executionem ferri: ita quotiescumque causa peregrini iudicata fuerit secundum modum praescriptum, toties in nullo alterius gentis foro retrahari potest g). Si quis iustitiam sententiae definitione disquirere conaretur, id est laedere iurisdictionem eius qui sententiam pronunciavit, et summanam iniuriam alteri inferre.

§. XXXIV.

Prae omnibus vero iurisdictioni domini territorialis subiiciuntur qui alias haud ii subsunt, quum delictum occurrit intra iurisdictionis aliquius limites perpetratum. Iuris enim indubitabit est, quod vnuquisque in loco delicti commissi; si ibi deprehendatur, forum fortiatur et puniri possit h). Delictum enim tribuit iurisdictionem, ei, qui alias rei index non est, nullo habito respectu, vnde delinquens sit oriundus, vel cuius sit ordinis aut dignitatis, ita ut etiam clarissimi, in provincia, in qua deliquerunt, accusari possint; Cum reatus sine delictum excludat omnem honorem et dignitatem, et privilegium in reatur amittere, qui concessa abutitur dignitate et potestate, nec honor seruandus erit, qui ipse honorem non seruant, sed se in crimen adduxit. Vnde etiam exemptus a foro intelligitur exemptus a civili non a criminali, et privilegium plenae exemptionis, quantumvis latum, non includit exemptionem ratione delicti per l. 2. C. de priuil. schol. Immo ne concedi quidem posse privilegium exemptionis a foro criminali multos autores obtinuisse tradit KNIPSCHILD l. 2. c. 5. n. 93. ne sub praetextu priuilegii concessi flagitorum crescat auctoritas, aut pura blica

g) Mosers Zusätze zu seinem Staatstrecht. 3. T. Frankfurt u. Leipzig. 1752. p. 1199. §. 2. VATTEL l. c. l. 2. §. 84. 85. §. 101. sqq. Perill. L. S. PÜTTERT Rechtsfälle 3. B. 1. Th. p. 70.

h) l. 1. C. ubi senat. l. 3. ff. de off. praef. l. II. de custodi reorum GAIL de de pignor. obs. 3. n. II. KNIPSCH. l. 2. c. 5. n. 90.

blica vacillet vtilitas I. 2. C. de priuilej. schol. et quis patrociniū capte ex eo quod per propriū scelus despexit. Nov. 117. c. vlt. §. 1. verbis: non enim. Legis enim praesidium pro innocentibus tantum militat, et delinquentibus beneficia sua non tribuant leges, sed immunitatē a poenis denegant, vt pote ad quas ipsius delinquendo se quasi obligaverunt. Quocirca delictum minime excusat vlla dignitatis, sed potius aggrauat. Qua ratione Angliae Regina Elisabetha Henrici III legato Bellierraco, cum Mariam Scotam eiusque delictum ad Elisabethae iurisdictionem non pertinere, adsereret, belle respondit, aliorum que Regum exemplo firmavit: nulla dignitatis aut privilegii ratione habita, delinquentem in alterius territorio, ibidem iudicari et puniri posse. Complura adhuc exempla, quod ipsi Reges aliique Principes in alienis territoriis ob delicta ibi commissa grauiſſime laepe et capite puniti fuerint, recenset KNIPSCHILD i) quod et de Nobilibus Baronibus, Comitis aliisque immediatis Imperii, in aliorum statuum territoriis delinquentibus locum habere, multi Doctores comprobarunt. Et summa aequitate id ntitur, cum delicta semper maneat delicta quisquis is fuerit qui ea commisit, et semper idem damnum eo efficiatur. Praetereaque nemo superior in alieno territorio consideratur supra dominum terrtorii, et quandocunque quis Princeps in suo territorio fuerit, extra eius districtum pro priuato reputatur, priuati forum fortitur ⁱⁱ⁾. Vnde etiam in suo territorio minus potens superat potentiores, et quilibet magistratus, etiū minimus in suo territorio maior est, quilibet alio, non eius loci, ita ut etiam minor iudex loci delicti maiores ibi delinquentem coercere et punire possit. Et sane hoc nihil salubrius, nihil æquius. Nam promonetur per id iniuria. Adimitur delinquentibus impunitatis spes, quae maxima peccandi illecebra recte dicenda. Interess rēip. vt ibi statuatur exemplum vbi delictum commissum. Grauissima punitus in alio loco, quam vbi flagitium

i) I. c. I. 2. c. 5. n. 97. n. 102.

ii) WOLFIUS ius gentium §. 1059. GAIL I. de P. P. c. 16. §. 27. 28 etc. STRYCK. VI. VII. I. 5. tit. I. §. 22. MYLER AB EREMB. P. I. c. 20. §. 31.

tum perpetratum fuit, plane contraria est summo fini omnium poenarum, scilicet ut deterreantur adspectu supplicii, quod infligitur, qui delicti spectatores et testes vel complices forte fuerunt, cum illud extra territorium constitutum non vident, laesi contra per ea scelera solatium aliquod quodammodo percipiunt, dum criminis in se perpetrati rigidae conspiquunt exigi vindictam. Insuperque facilior redditur inquisitione et probatio, vbi scelus commissum est, dum non opus est, testes, documenta et caeteras instructiones in aliam prouinciam transportari *l).*

§. XLVIII.

Rite itaque concludere licet: quod si superioritas territorialis ius atque potestatem tribuat, in quosunque in territorio commorantes, iurisdictionem exercere, si prorsus delicta ibi commiserunt, idem esse an Principes, sive Comites, sive immediati sive mediati auctores fuerint delictorum, verum omnes coram iudice loci delicti commissi convenienter atque puniendos esse; adeoque et iussum erit, militum conductores, si in aliorum statuum territoriis delinquunt, a magistratu loci delicti iudicari atque puniri debere. Ab hac enim generali regula in vniuersum nemo exceptus est. Qui exemptionem a iurisdictione praecipue criminali in loco delicti contendere vult, in eius favorem Dominus territorii huic expresse renunciare debuit. Invito ei eripi nequit, quia ius quaestum est, quod ei competit in iurisdictionem vniuersalem omnium in suo territorio. Sine ea dominus territorialis esset nonens, quoniam dissimili nequit, et essentiale superioritatis territorialis efficit *m).*

Dixi, quod nemo ab hoc generali regula exceptus sit, nisi in cuius favorem dominus territorialis suo iuri renunciasset, qualis renunciationem in genere ab omnibus Principibus et statibus totius Europeae

l) l. 28. §. iur. ff. de paenis. l. 3. pr. de re milit. Vaet. de iuris milit. c. 4. §. 4.

m) WOLFII ius gentium §. 1057.

pae in favorem legatorum inter se inuicem mittendorum factam esse, censendum ⁿ⁾). In vniuerso fere orbe terrarum tum per conuentiones expressas, tum per tacitum plurimorum consensum communis obseruantia et quasi ius indubitatum exinde ortum moribusque introductum est, legatos ab omni iurisdictione Principis ad quem mittuntur, plane examtos esse. Eiusmodi renunciatio, sive expressa sive tacita, requiri videtur ad hanc independentiam legatorum ab imperio eius ad quem mittuntur, quae inde partem juris gentium arbitrarrii efficit, quamvis sint, qui eam in iure naturae positam esse putant, quia gentes sine ea societatem ab ipsa natura inter eas flabilitam haud seruare valerent. Cum enim legati ad sustinendam hanc mutuam coniunctionem inferuentur hinc finem haud consequi possent, nisi negotia sua in securitate et plena libertate peragere ipsis integrum esset, quae securitas ipsis salua non maneret, nisi per independentiam a iurisdictione Principis ad quem mittuntur ^{o)}). Verum non attento quod leges naturales hominibus ius tribuant, puniendo eos qui ipsis iniuriarum inferunt et delinquunt et perinde quolibet ita et peregrinos coercendi, publicam tranquillitatem perturbantes, Principum ipsum et subditas offendentes, eisque obligationem imponendi, ut si conforment legibus et officiis quae subditis iucumbunt; sic quoque non minus securi et liberi negotia sua peragere possent, dum iurisdictioni domini territorialis subissent, ac si ab illa independentes fuerint. Si enim ab his actibus abstinet, qui subfunt iurisdictioni, neminem laedit et in genere officii honesti et iusti viri implet, id quod sane eum, cui negotia principis sui pertractanda sunt, doceat, a nemine ipsis iniuria facile inferetur, sed in maxima securitate negotia pertractare poterit. Quodsi Princeps sine iure atque immerito qualecumque ei iniurias affert, iniuste agit; et quando in hoc casu sanctissima iura naturae violare audet, scilicet innocentem et probum virum vexando, atque laedendo tunc neque iniabolitatem legati laedere dubitat, siquidem ad principia iuris gentium id pertinere constat. Quod adeo neque personae sue neque negotiis gerendis maiorem secu-

rita-

ⁿ⁾ WOLF. I. c. 1059. 2062. sqq.

^{o)} VATTEL I. c. I. 4. §. 92.

ritatem procurabit, si princeps ipse omnia iura humanitatis atque naturae negligit.

Si vero legatus ipse crimina committit, quae punitionem severam merentur, indignus est honore et dignitate alias ei qua repraesentanti exteri Principis debita. Nam qui honorari vult mittentis causa, id agere debet, ut ipse honore se dignum praelet; ideoque non iniuria erit, si coram principe loci delicti conueniat atque condemnetur. Desuper qui delictorum capax est, noua res magnas bene geret in satisfacionem et honorem sui Principis p).

Inde quoque nonnulli scriptores commoti sunt legatis prolsus denegare exemptionem a iurisdictione territoriali in loco vbi resident, quamuis alias, eos personas dominorum suorum representare, sanctas que atque inviolabiles existere concedunt q).

§. XLIX.

Constat itaque praeter legatos neminem plane immunem esse a iurisdictione territoriali. Supereft, vt disquiram, cui competit ius legatorum, et an extendi possit ad conductores militum; quam opinionem quidam habuere r). Qualitas essentialis legati est, vt mittatur a Principe suo ad Principem aut civitatem alienam, negotia publica gerendi causa cum ipso Principe aut civitate. Hoc ultimum necessario requiritur ad essentiam legati. Saepe enim quidem mittuntur a Principe ad exteras gentes, vt ibi negotia Principis quaedam gerant, at nemo tamen has

p) WOLF. I. c. §. 1064.

q) BACHT. de securitate et saluo cond. concl. KNIPSCH. I. 2. c. 5. n. 100. sp. 183. sqq. KIRCHNER de legat. I. 2. c. 1. n. 141. BESOLD. colleg. polit. class. I. disput. XI. concl. 30.

r) Auctor anonymous der Ausführungen politischer und rechtlicher Materien. Berlin 1776. 8. Abhandl. 9. von der Befreyung der Werbungskommandirten von der Gerichtsbartheit des Orts der Werbung p. 162 sqq.

pro legatis habebit, eisque iura legatorum tribuet, quia essentialie quid deest, scilicet, gestio negotiorum publicorum cum extero Principe aut ipsa republica ^{s)}. Quando milium conductores a Principe quodam mittuntur, ut milites in exteris territoriis legant, tunc nihil peragitur cum extero Principe aut gente ipsa; sed cum subditis eius contractus aut conuentiones priuatæ ineuntur. Verum, inquiet quispiam, conductores requirere debent Dominum territoriale, an liceat delectus instituere, et per productionem litterarum patentium se legitimare, quasi per litteras credentiales, quinam fuerint. Nonne hoc est agere cum extero Princeps? cui respondeo, id quod hic cum Princeps extero peragunt, non est principale negotium, cuius causa conductores mittuntur sed tantum accidens. Saepius plane non ab iis sit, sed per alium legatum forte eo loco assiduum iam concessio impetrata est. Principale vero negotium cum subditis aliisque priuatis pertractandum est, et Princeps ipse hic nihil agit, quam quod permittit, ut conductores conuentiones cum subditis inire possint. Hic nihil eorum locum habere, quae ad essentialiam legationis requiruntur, luculentissime appetit; per instantiam vero res adhuc magis illustrabitur. Fingamus: Principem aliquem indigere equis ad exercitum parandum aut alium forte finem, ciuitatem vicinam abundare quidem istis, sed venditionem et transmissionem eorum ad exteros, tunc esse prohibitam; quid si Princeps homines peritos (Rosthammer) in eam terram mitteret ad emendos equos cum litteris ad dominum territorii directis, an emisionem equorum concedere vellet: quero num quis eis iura legatorum tribueret, eosque sub tutela iuris Gentium esse existimaret? Caeteros legatos talem focum deprecatuos esse puto. Haec eadem ratio est cum nostro casu. Ipsi homines nomine sui Principes petunt a Domino territorii veniam contractus emisionis cum subditis eius ineundi; eodem modo quo conductores conducendi veniam petunt.

§. L.

Allegantur desuper leges Imperii, in quibus praecepit dicitur, eos a magistratus loci iurisdictione eximi, et ad iudicem militarem remitti de-

^{s)} WOLKE, l. c. §. 1043.

debere, et quidem R. 7. de 1570. §. 7. sqq. vbi praeципie §. 10. dicuntur in cautione quae praeflenda est a conductoribus: die Unterthanen mit schädlichen Stilliegen nicht beschweren, was sie verbrauchen bezahlen sollen. Dafür ich auch selbst Hauptzuläufer und Bezahlter seyn will; darum will ich auch in den Au- und Durchzügen bei einer jeden Stadt einen Stadtmeister, oder einen andern an seine Statt, verordnen, so seinen Nahmen an Orten und Enden, wo sie durchziehn, angeben soll, damit man wissen möge, daß ich das Kriegsvolk geworben. und da es sich ungebührlich verhielte, mich darumb anzusprechen hat. Haec constitutio eo maxime tendit, ut si cui forte damnum per milites conquitos illatum fuerit, iste sciat, a quo reparationem danni praetendere possit. Valde enim praecavere student antiquae leges Imperii ne haec collectiones militum vlo modo in detrimentum alicuius cedant ideoque sapienter prouident, vnde, et a quo damno semel illato, restitutio eius peti posset. Eo respicit tota cautio praeflenda, et in specie quoque hic passus allegatus, quod euidenter appetat ex ratione, cur ita sanctum; scilicet secundo loco cauetur, ne per transitus aut non solutionem impensarum, aliquo modo subditis Imperii damnum inferatur, quem in finem constitui iubentur apud quamlibet cohortem praefecti, qui in omnibus locis per quos transitus fiat, nomen suum edant, atque declarent, quis eos milites collegerit, vt subditi sciant, a quo restitutio danni petere possent.

Obiicitur deinde R. I. de anno 1641. §. 47. vbi disponitur, quod si miles certis litteris (Billeten) instrutus fuerit ad res quasdam peragendas, is vero delinquit et in flagranti apprehendatur, tunc ad magistratum suum militarem remittendus sit, quamvis longius tribus milliaribus abesse ¹⁾. At hoc loco plane non de conductoribus ser-

¹⁾ R. 7. de a. 1641. §. 47. Wenn ein Soldat, so mit seinen Billeten, gewisse Sachen zu verrichten, versiehn, etwas verbrechen thäte, und auf frischer That begriffen würde, wenn es gleich weiter, als 3 Meilen Weges von seinem Quartier wäre, daß er doch seinen Obersten, oder nächsten Kriegscommandanten zur Bestrafung zugeföhrt werde, und dieses, damit Kriegsanschläge, so manchen vertraut, nicht offenbar werden.

monem esse, docet totus contextus et ratio haec constitutionis, quae adiicitur. Dicitur scilicet de simplicibus militibus, quoties tempore belli mittuntur ad praefectos exercitus in aliis regionibus locum teneentes aut ad eos, qui in fortalitiis et castellis praefunt, ad communicandum illis rationes et consilia belli. Hi quando missi delinquunt, et magistratu militari puniendi sunt et quidem addita ratione, ne consilia belli paganis innotescant, et adeo manifestentur; nimirum cum et magistratu civili iudicentur et puniantur. Quis hic non perspicit, sub litteris (Billeten) quibus instructi dicuntur milites minime intelligi posse litteras patentes condicitiis, et sub militibus eis instructis non militum conductores, quippe ad quos non ratio adaequata est, consilia belli per eos manifestari.

§. LI.

Quod passim in legibus Imperii disponitur de Ducibus Circularibus eorumque Adjunctis et substitutis, secundum qualitatem atque specialem constitutionem Imperii eius temporis diuidicandum est ^{u)}, cum Imperium Germanicum adhuc magis tamquam unum corpus, arctiori vinculo coniunctum considerandum esset. Perpetuus miles inter status Imperii nondum introductus fuit; bella non fere alia gerebantur nisi imperialia; milites non colligebantur, nisi tempore belli, hostis unius plerumque et totius Imperii hostis fuit. Quando igitur de delectibus coercendis aut non admittendis sermo est in legibus Imperii, eo subintelliguntur plerumque delectus exterarum Gentium quas innanes reddi et restringi communiter omnium intererat. Itaque cum communis securitatis causa Imperium in suos circulos diuidereretur, officialibus eorum in primis incumbebat, quietem internam circuli conferuare, cum que variis dispositionibus praecauerit Imperium, quomodo ratio dele-

H 2 ctuum

- ^{u)} Was die allgemeinen Reichsgesetze anlangt, so sind deren sehr wenige, die in diesen Materien einschlagen. Einige derselben z. G. die Werbung betreffend, sind durch ein allgemeines Uherkommen vergefalt unbrauchbar gemacht, daß mit Unstand viele Verordnungen heut zu Tage zu appliciren gar nicht sind. Moser Landeshoheit in westlichen G. I. §. 5. sqq.

statuum exterorum sit habenda, ideo et illis imponebat officium, auctoritatem legum tuendi, et qui contra agerent, severius puniendi. Inde factum est, ut Ducibus circulorum potestas tribueretur de illicitis militum conquistionibus cognoscendi. Postea vero, cum conditio statuum imperii mutare incooperit, iisque magis formam liberarum gentium quam plurium unius corporis membrorum affectarent, cumque delectus exterarum gentium plane fere non permisisti, sed potius status ipsi copiis indigentes alios constatus suis conquistionibus molestarent, proinde per posteriores leges ad plenam fere independentiam adacta superioritas territorialis cuilibet soli relinqueret, definire quid in territorio suo fieri velit, cum denique antiqua forma circulorum in plurimis circulis existere desit, ob defectum conuentuum circularium Ducis circulares non electi, in pancis vero qui adhuc antiquam formam conseruarunt, ob deficiemtiam rationis officium Ducis, in hunc effectum abrogatum, ut tantum tempore belli Imperialis locum habeat, ita ex his rationibus, legum Imperii dispositiones circa id prorsus adplicari non posse, nemo negabit^{x).}

§. LII.

Contra iurisdictionem territorialem circa milites delinquentes fundatam esse statuunt noviores sanctiones Imperii. Sic in placito Imperii de a. 1673 de renouanda ordinatione executionis y)c. 5. §. im Fall dem etc. ii qui illicitas militum conquistiones suscepere, non tantum ipso iure in poena banni incidere, verum etiam a Domino in cuius territorio id facere ausi fuerint, capi, et poena corporis, quinimmo et capitali puniri iubentur. Quae constitutio quamvis formam solemnem conclusi Imperii in stricto significatu haud acceperit, iudicisque Imperii non insinuata sit, tamen quatenus ab Imperatore confirmata per monitaque eius, non contradicta fuit, quod ad hunc passum non factum est, intento seruanda est, quia conclusum trium collegiorum Imperii consensu Im-

^{x)} Mosers Landeshoheit in Miltärsachen, cap. 4. §. 20.

^{y)} Pechner von Eggendorf Sammlung der Reichsschlüsse, T. I. p. 640.

Imperatoris rati habitum est 2). Eo saltem respectu notatu dignissima est haec constitutio, ut inde intelligatur communi obseruantiae Imperii, non contrarium esse hoc principium; ab omnibusque statibus tamquam vtile et necessarium duci, comprobatum esse.

In concluso Imperii de 2^o Jan. 1682, quod renouationem veteris
legis Imp. den. Articelbrief continent, statuit art. 35, cuilibet statui licere,
milites delinquentes non tantum capere et inquisitioni subiicere, verum
etiam poenam iis decernere, atque exequi a). Idem confirmatur in
concluso Imp. 1734. n. 5. b). bono amabilis orationis memoriam.

Quae leges non temporales sed tamdiu seruanda sunt, quam ratio horum constitutionum locum habet, scilicet donec excessus militum cuiusvis generis publicam securitatem violantes cesserent.

LIII.

Quae cum ita sint, et naturae rei et praxi totius Imperii maxime consentaneum est, conductores ibidem puniendos esse, vbi deliquerunt. Si quidem alias plurima hinc orirentur mala, si illis liceret haec praetendere priuilegia; multa inde relinquenterunt mala impunita; omnia

²⁾ Pechner I. c. p. 686. sqq. Mosers Landeshoheit in Militärsachen c. 4. §. 10.

a) Sammlung der R. A. T. 4 pag. 143. gestalten, dem zu mehreren Nachdruck jeder Kreisstand, wo sich die Soldaten im Quartier oder sonst befinden, wenn etwas mit verwunden oder rauben und morden, oder in andern Verbo nicht militärischen Verbrechen excedit worden, die Deliquenten nicht allein für sich selbst gefänglich einzuziehn und zu examiniren, sondern auch die Strafe anzusehen und an ihnen zu exquiriren.

b) Sammlung der N. A. T. 4. pag. 412. sgg. auch wie die dominanter-territoriales die verübende delicta u. excessus von den Soldaten ohne Ausnahme zu bestrafen befugt seyn, so ist beschlossen daß auf den 1682 beliebten Artikelsbrief scharf zu halten sey.

maligaitati eorum subiicerentur, si securitatem haberent, nec per viam iustitiae iniuriam vindicare aut vim illatam propulsare possent territoriorum dominii. Quoru[m] territoria innumeris misericordiis obnoxia esent, si procul a loco delicti punitio reorum ab horum Dominis exspectari deberet quo dissidentes impune sceleribus cumulare auderent.

Huic respondet praxis indubitate Imperii. In nullis enim territoriis quorum principes delectus conslatum concedunt, eos militum conductores delinquentes ad magistratum eorum militarem in punctionem remittere videmus. Quod dubio caret. At sunt qui civitatibus Imperialibus hanc potestatem denegare volunt ^{c).} Quo iure, nescio. Satis enim clare leges fundamentales Imperii civitatibus Imperii eadem iura concedunt ac caeteris statibus, in saepius citatis art. Instr. Pacis Osn. ^{d).}

Ius fortioris sublatum puto per pacem publicam aliasque sanctissimas Constitutiones Imperii. Etiamsi indignus est potentioribus quam consilium, infirmiores supprimendi et sub praetextu iuris eorum libertatem atque praerogativa minuendi sibiique vindicandi. Quamvis itaque minus poten-

^{c)} Auctor anonymous in supra cit. lib. p. 165. vbi dicit: "Besonders gentesten die Werbesteuern in Deutschen Reichsstädten diese Befreiung, indem diese sich nicht beygehen lassen, sich über dieselbe einer Ges richtsbarkeit anzumaßen." Aliis diuidicandum relinquo, an deceat, hoc modo loqui de uniuerso collegio ciuitatum, quod in Imperio Germ. tertium efficit collegium. Eo ipsa quoque declarat, iure desitutum esse qui hoc sentiat; contra infirmiores autem exerceri posse, quia potenti non resistere auderent. Si ius esset, contra omnes exerceri debuit. Conf. politisches Deutsches glossarium ad vocem: Werbungsbrecht in der Deutschen Kriegskanzley auf das J. 1757. 4. B. p. 366. sqq.

^{d)} art. 5. §. 29. art. 8. §. 2 at 4. Liberae Imp. ciuitates idem cum reliquis statibus Imp. ius habeant. — Lib. Imp. cui non minus quam caeteris statibus Imperii competat votum decisuum, iisque rata et intacta maneant regalia etc.

tes sint, nihilominus tamen eadem iura ipsis tribuuntur et competitunt
quam potentioribus; atque eadem dignitate, et immediatatis iure
gaudent, si non extensae, tamen intensae cum magis et minus non
mutet speciem, ac forma rem faciat, non quantitas. Et reuera po-
tentia est qualitas a dignitate separata ^{e)}. Quapropter quod aliis ius
est, et ciuitatibus Imp. est. Quando igitur potentiores statum, mi-
nis et violentia a minus potentioribus quid consequi student, quod
ab, aliis haud conceditur, id dignitati eorum minime conve-
nit, et eo numquam iuris fiet, quod per se iniustum est. Nam
naturae rerum sunt immutabiles, et ius vi extortum semper manebit
ius iniustum, aut potius summa iniuria et iniustitia, ex parte potentio-
ri cui inferior cedere debet, quia ius et violentia contradictoria sint.

Cum saepe ciuitates Imp. precibus Principum satisfecerint et delin-
quentes remiserunt Dominis eorum, hoc urbanitatis atque honoris gratia
erga alios Principes factum est; ex quo non obligatio trahi potest.
Luculentissime id ex eo apparet, quod numquam id fieri soleat, nisi
sub antigrapho, quod haec remissio ipsi remittenti non debeat praecindi-
care et quod in casu simili idem id sit facturus. Quae maior probatio
existere potest, hos Principes ipsos talen remissionem non tamquam
obligationem, sed tamquam voluntarios actus amicitiae atque urbanita-
tatis considerare? Hi vero numquam ex necessitate expostulari possunt
sed plane ab arbitrio cuiuslibet dependent. Sic ab ipso potentissimo
ob insignem aquitatis atque iustitiae amorem numquam satis extollendo
magno Rege Borussiae ciuitati Hamburgensi anno 1744. ob remissionem
Capitanie de Bülow, et Locum tenentis Comitis de Ranzov ad condu-
cendos milites ibidem constitutorum, delictorumque causa captorum,
a senatu concessam eiusmodi, antigraphum extraditum, in quo a sua
Majestate Regia declaratur: "Se hunc Ipsi per eam remissionem praec-
stitum fauorem non modo cum maximis gratibus recognoscere, verum
etiam obtestari, hunc casum Senatui nullo modo praecjudicare debere,

^{„CON-}

e) LIMN. ius publ. I. 4. c. 9, n. 84; KNIPSCH. I. c. 1, 2. c. 8.

„contra in similibus casibus se ipsi reciprocam benevolentiam praestare, namquam defuturum esse.“ Idem factum est 1775 ob remissionem Rohlf, qui Conductorem Danicum lensen acciderat. Quorum exempla plura in promptu sunt, §. LIV.

Confirmatur haec iurisdictio competens per sententias summorum Imperii, quae hanc notoriam et satis cognitam considerent. Sic rescriptis f) Senatus Imperialis Aulicus Anno 1754. d.XI. Ian. ciuitati Ulmensi postquam a Conductore Borussico de Heyden studiosus Catholicus in via publica, obtuso collo abductus, et improuide suffocatus fuit: Recribatur dem Stadtmagistrat zu Ulm. „Der Stadtmagistrat würde aus dem Beschluß des mehrern ersehen, was wegen eines vorgehabten „Menschenmords und Uebelthat von einem Königlich Preußischen Lieutenant von Heyden verübt worden seyn sollte: Nachdem nun das „corpus delicti aufgefunden“ als habe der Stadtmagistrat die Inquisition ferney vorzuführen, causa satis instruca, die acta ad Impartiales zu schicken, und das eingeholtellirtheil an denen Inhaftirten zu vollziehen, und sich doraum nichts irren zu lassen.“

Denuo d. 24 Mart.: „Ihre Kaysrl. Majestät hätten aus seinem des Stadtmagistrats, Vorbericht allergnädigst ersehen, daß derselbe den Criminalgesetzen gemäß – die Inquisition zu vollführen, und das Endurtheil zu vollstrecken, gemeint sey: – als wollten Ihre Kaysrliche Majestät ihm, dem Stadtmagistrat hiedurch aufgegeben haben, ohne sich von jemand irren oder hindern zu lassen, nach Caroli V. peinlicher Halsgerichtsordnung zu verfahren“ c. g). Sed antequam debita poena is affici potuit, e carcere effugit h).

Cum

f) Eiusmodi rescriptum quo iurisdictio ciuitatis Aquisgrani in praefectum militis Imperatoris fundata praecepitur, ab ipso omnium instorum iustissimo Caesare 108 ERHO II. confirmatum legitimus in Mosers Reichsstaatshandbuch auf die Jahre 1769 + 1775. Tom. I. p. 40 - 41.

g) Mosers nachbarliches Staatsrecht. 4. B. c. 4. §. 7.

h) Die Kriegskanzley, 1757, 2, B. pag. 649.

Cum remissiones urbanitatis non necessitatis causa sunt, nemo eo cogi potest, ideoque saepe denegantur, quoties causae ad sint ex quibus non conueniat. Sic anno 1774, in ciuitate Hamb. conductor S. Caef. Maief. ob varia comissa flagitia ad operas publicas in ergastulo condemnatus poenam subire tenebatur; id quod Imperator Augustissimus ratum habuit. Haec principia notoria et ab omnibus cognita habentur. Sic in proteflatione Regis Daniae contra remissionem supradicti Rohlfs a ciuitate Hamb. concessam huic remissioni qua illicitae contradicebatur, et iurisdictionem Hamburgensem non tantum, cum omni iure fundatam, verum etiam ob bonum publicum numquam ei renunciendam esse, declarabatur.

§. LV.

Sane ab omnibus in vniuersa Germania statibus, Principibus, ciuitatibus Imp. quin et ipsa nobilitate immediata Imperii, iure meritoque exerceri videmus, ad quod comprobandum plura documenta hoc loco adhibere, neque spatium neque tempus admittit, suo tempore vero ad publicam notitiam in lucem proferre promitto ⁱ⁾). Quoad modum procedendi, tales delinquentes a cohorte sua dimittruntur et magistrati loci in punitionem traduntur. Quo facto dignitatem quam antea habuere, amittunt, conditionemque alius cuiusdam delinquentis induunt.

§. LVI.

β) Delicta militaria, quae sunt ea, quae quis in qualitate militum conductoris committit, ideoque a paginis perpetrari nequeunt, vt pote qui legibus militibus haud subiecti, vel eius generis sunt, vt contra leges militares peccetur sine respectu ad ciuitatem, in qua constituti sunt milites conductores; tunc Dominus territorialis non curat punitionem eorum. Sed inferiores ab ipsorum praefecta poena arbitraria, fustibus etc. afficiuntur, praefecti contra ad cohortem suam (zum Regiment) mittuntur. Vel ita qualificata sunt, vt spectent ad temp. in qua constituti sunt; et hoc duplici potissimum modo fieri possunt:

A)

ⁱ⁾ Mosers nachbarliches Staatsrecht. 4. B. c. 4. §. 7.

I

A) quando homines conducunt, qui subditi aliorum principum sunt e. g. si conductor Danicus conducebat subditum Borussicum aut vice versa. Tunc distingendum est, an subditi alieni in seruitiis exteris Principis sive ciuilibus sive militaribus sint, nec ne. Si istud locum habet iisque violenter ad militiam adacti sunt, tunc iura gentium maximo quovis nefario modo violata sunt, et duplex crimen perduellionis reuera commissum, dummodo conductor sciuit, eos homines in exteris Principis seruitiis esse; non enim per violentam abductionem hominum tantum crimen laesae maiestatis respectu Domini territorii committitur; verum etiam intiuui exteri Principis, cuius officiales ad militiam coacti sunt; ideoque grauissima quinimmo ob concurrentiam plurium delictorum eiusdem enormitatis merito capitali poena coercendus est; et si iussu Domini eius factum, quod non praefundendum, is ad satisfactionem seuerissimam obligatur. Quod si conductor id nesciuit, istud locum habet quod iuris est in violentis conquisitionibus militum in alienis territoriis in genero. In vtroque casu tamen isti conducti cum restitutione cuiusvis damni atque omnium expensarum remittendi sunt.

Si voluntario officiales exteri Principis vices militares suscepere, et in conditionibus conductori praescriptis eius non est mentio facta, hic ab omni criminis merito absoluendus est. Et res est conductori, providenti, quomodo eiusmodi factum excusare et domino suo satisfacere valeat, exspectetque quid hic contra illum suscipiat. Desuper remissio eius dependet ab arbitrio Principis conductoris, et non necessitatis sed ciuitatis est, nisi forte ob alias rationes obligatio nascatur, vt v. g. ob pacta concerta (Cartels) de remittendis sibi inuicem his, qui militiam deseruerunt etc.

Si subditi exteri non publicis muniberibus Principis sui funguntur neque ciuilibus nequ e militaribus, et violenter ad militiam coacti, et tunc quoque iura gentium laesa sunt, cum ob temerariam iurium superioritatis violatio nem, tum respectu Principis, cuius subditi sunt; quia grauiter impingitur in ius Gentium, quando violenter Principi detrahitur subditorum quis; licet enim is in alieno territorio commoretur, subditus tamen sui

sui Principis esse non definit. Hic enim iura in personam eius conservat, quoties iste vel contra leges territoriorum deseruit, vel non praeslitit, quod cuiilibet exeunti e ciuitate incumbit, vel bona adhuc praecipue immobilia reliquit, vel plane animum reuertendi habuit, quum e territorio egredetur⁴⁾). Tamdiu semper subditus manet, Dominio eius itaque iniuria sit, si inuitus ad militiam alienam trahitur. Si libera eius voluntate sit, conductor iterum extra omnem poenam versatur; quoad conductum vero videndum est, an in loco domicilii prohibitus sit, sine expressa concessione ciuitatem relinquere, aut alienam militiam suscipere, tunc se submittat poenae in violationem sanctionis huius constitutae, necesse est, quae in quibusdam prouinciis confisratio omnium bonorum est, vt in Electoratu Bauarico vi mand. Elect. de anno 1732, 1) in terris Brunsuico Lüneburg, ob edict. de ^{29 Jun.}_{10 Jul.} 1722. §. 1. m)
et aliis. Caeterum conductio rumpi non potest, sed valida est habenda, quia ab una parte non recedi potest a contractu valide inito, remissio conducti itaque est ciuitatis, non necessitatis.

Quaeritur: coram quonam foro eiusmodi conductio sit iudicanda? Generale principium juris est; actorem sequi forum rei. Itaque ubi reus conueniri debet, ibi lis iudicanda est. Reus hic est conductor qui illicitam conductiōnem perpetrasse accusatur. Conductores autem in delictis commissis forum ibi sortiri, ubi delictum commissum sit, supra est ostesum. Quapropter Domino territoriali incumbit officium in crimen commissum inquirendi, poenam statuendi, eamque exequendi, aut si iniuste accusatus est, absoluendi.

I 2

§. LVII.

k) PVFF. ius naturae l. 8. c. XI. §. 3. GROTIUS de iure belli et pacis l. 2. c. 5. §§. 24.

¹⁾ Mosers nachbarl. Staatsrecht. I. 3. c. 8. §. 5.

m) Faber's Staatskanzley. P. 110. p. 342.

§. LVII.

B) Alterum potissimum genus delictorum militarium est, quando generales aut speciales conditiones praescriptas violant. Ex prioribus iam satis appareat, quia ius concedendi delectus plane liberum est, cui libet Domino territorii, integrum manere, quas velit conductribus praescribere conditiones, qui eas strictissime seruare obstricti sunt. Quocirca si eas rumpere audent, videndum, an poena adiecta sit in casum, si contra eas ageretur; tunc haec imponitur illis. Si non adiecta, arbitria poena eos coercere potest Dominus territorialis pro circumstantiis aggrauantibus seu mitigantibus, graui aut mitiori. Quin eos vterius exercitium datae concessionis plane prohibere eosque ex vniuerso territorio suo relegare sine dubio potest. Quicunque enim concessio priuilegio abutitur, eo indignus est, et priuari omnino potest, et merito auferuntur beneficium ei, qui legem certam sibi tamquam conditionem sine qua non praescriptam seruare negligit, conductiones autem contra eas initiae ipso iure nullae atque invalidae sunt, et conductus statim restitui, et si iam transportatus fuerit, sumptibus conductorum remitti debet, qui insuper poena arbitria pecuniaria, vel etiam pro re nata corporis afflictiva affici possunt, cum forte Domino territoriali delectus plane inhibere non lubet.

Quoad modum procedendi, in quibusdam territoriis salutariter dispositum est, quemcunque nouiter conductum, antequam transportetur, se sistere debere coram Duce, qui in loco copiis praesest, quo facto interrogati libere respondere debent, an voluntate sua libera alienam militiam suscipiant aut invitati ad eam exacti sint, et in hoc casu statim liberi dimittuntur, nullusque pro rite conquisito habetur nisi quem Dux iste pro tali declarauerit. Haec disquisitio in terris Hannoveranis exstat vi editi de 1705. n). Eadem etiam in civitate Hamb. pracepta est. Haec vbi deficit, conductus iam actu transportati sint, tunc is qui summam rerum conductiarum directio-

nem

n) corpus iuris milit. T. I. p. 886, KIRCHHOF c. I. f. I. §. 19.

nem habet per litteras requiritur, de remittendis his illicite conquisitis et sicut in thesi hoc omnibus principiis iuris summopere conuenit, sic et in praxi strictissime obseruatur, eiusmodi homines statim in patriam remitti. Huic dignitati praeest apud exercitum Sacrae Caef. Maiestatis Princeps Nassau-Vsingensis, qui Francofurti ad Moenum residet.

A quo adhuc anno praecedenti filius ciuis Hamb. illicite conquisitus gratiosissimo modo remissus fuit. Non minus et ut ibidem hoc ipso anno metator frumenti civitati sacramento obstrictus a conductoribus Borussialis illicite conquisitus post requisitionem factam illico liberabatur.

I. in iure iuris iuris*... Re thineq; re teneb; in iure iuris*
... Regni uniuersitatis

II.
I. in iure iuris*... Re thineq; re teneb; in iure iuris*
... Regni uniuersitatis

III.
I. in iure iuris*... Re thineq; re teneb; in iure iuris*
... Regni uniuersitatis

IV.
I. in iure iuris*... Re thineq; re teneb; in iure iuris*
... Regni uniuersitatis

THESES.

THESES.

Ius delectus alienos recipiendi est plane liberum omnium statuum Imperii.

II.

Liberae Imperii Ciuitates omnimodam superioritatem territorialem habent.

III.

Legati exemptionem a iurisdictione loci, ubi resident, ex generali renunciatione expressa aut praesumta omnium gentium Europaearum adepti sunt.

IV.

Condu^ctoribus militum iura legatorum non competunt.

VII.

V.

*Conductores militum delinquentes forum sortiuntur in loco
vbi delinquunt.*

VI.

*Ratificatio confessionis per territionem verbalem extortae ne-
cessaria est.*

VII.

*Ob ignorantiam eius, contra quem praescribitur, praescri-
ptio non rescinditur.*

VIII.

*Pacta familiarum illustrium successoria confirmatione Caesa-
rea haud indigent.*

IX.

*Subasta in alienatione rerum minoris de necessitate
non est.*

X.

*Maritus rem in dotem aestimato datam, et deteriorem fa-
ctam reddere potest.*

XI.

XI.

In praescriptione actionum bona fides non requiritur.

XII.

*Sumptus necessarii in re, sub pacio de retrouendendo vendita,
facii, retrouendenti restitui debent.*

III

IV

X

E R R A T A.

*In proem. pag. VIII, lin. 10. pro: e a iuueni, lege: et a iuene. — pag. 5.
l. 17. p. promittit. l. promittat. — pag. 7. l. 17. p. qai l. qui. — pag. 17.
not. m) p. R. 7. l. R. I. — pag. 20. not. z) l. vlt. p. Malstücke l. Mälstädt.
— pag. 21. not. c) l. 6. p. pes. Rondens l. Respondens. — p. circularis l.
circularis. — pag. 23. l. 8. p. deprimendos l. deprimendas. — pag. 26. l. pen.
p. par percipiere queat l. parte percipere queat. — pag. 29. l. 13. p. aget l. agat.
— pag. 32. not. u) p. R. 7. l. R. I. — pag. 33. l. pen. p. puberem l. puberum.
— pag. 34. not. a) l. vlt. p. voluntairs l. volontair. — pag. 37. l. 15. p. omit-
tere l. amittere. — pag. 41. l. 4. ab inf. p. more l. morte. — pag. 47. l. 13. 14.
p. mandati inhibitoriis spretas l. mandatis inhibitoriis, spreta. — l. 24. p.
euuenit e vt l. euuenit ut. — pag. 49. l. 22. p. Halsat. l. Holsat. — pag. 50. not.
b) p. f Voet l. I. Voet. — pag. 51. l. 9. p. leat l. valeat. — l. vlt. p. nexus l.
nexus. — not. c) p. Miegus l. Mingius. — p. 52. l. 7. p. definitione l. defini-
tiae. — l. II. p. ii l. ei. — not. h) p. custodi l. custodia. — p. de de pignor. l.
de pign. — pag. 53. l. 6. p. dignitatis l. dignitas. — not. k) p. Stryck VI. VII. l.
Stryck V. M. — pag. 54. l. 4. p. territorium l. poenam. — l. 3. ab inf. p. ab
hoc l. ab bac. — not. l) p. Vaet. de iure milit. l. Voet. de iure milit. — pag.
55. l. 11. p. inferuientes l. inferuirenz. — l. 18. p. principum ipsum et subditas
l. principem ipsum et subditos. — l. 19. p. vt si l. vt se. — l. 21. p. subissent
l. subeffent. — l. 23. p. officii l. officia. — l. 24. p. docet l. decet. — l. 27.
p. qualemcumque l. qualescumque. — pag. 56. l. 12. p. sanctas l. sanctos. —
l. pen. p. quidem l. quidam. — l. vlt. p. has l. hos. — pag. 57. l. 5. ab inf. p.
Principes l. Principis. — pag. 58. l. I. p. R. 7. l. R. I. — l. 5. 6. p. jeden
Statt einen Stattmeister l. jeden Rott einen Rottmeister. — not. t) p. R.
7. l. R. I. — pag. 59. not. u) l. 3. p. überkommen l. herkommen. — pag. 60.
l. 12. p. Ducas l. Duces. — not. y) p. Pechner l. Pachner. — pag. 61. l. 5.
p. necessarium duci comprobatum esse l. necessarium comprobatum esse. — not.
z) p. Pechner l. Pachner. — not. a) l. I. p. gestalten, dem l. gestalten denn.
— l. 4.*

— l. 4. p. in andern Verbo nicht l. in andern nicht. — pag. 62. l. 15. 16.
p. quam consilium infirmiores l. quam infirmiores. — not. c) l. 2. p. Werbe-
steuern l. Werbofficier. — l. 6. p. Eo ipsa l. Eo ipso. — l. 10. p. Werbungs
Recht in der l. Werbungs Recht. In der. — pag. 63. l. 6. p. ciuitatibus
Imp. est l. ciuitatibus imp. esto. — l. 8. p. ab, aliis l. ab alii. — l. 11. p. in-
justitia, ex l. iniustitia ex. — pag. 64. p. namquam l. numquam. — l. 3. p.
acciderat l. occiderat — l. 6. p. considerent l. considerant. — not. h) p. die
Kriegskanzley l. Deutsche Kriegskanzley. — pag. 65. l. 10. p. renunciandam
l. renunciandam — §. 55. notam i) lege in finem si. — §. 56. l. 6. p. praefecta
l. praefectis. — pag. 68. l. 6. ab inf. p. exacti l. adaeti. — l. 4. ab inf. p.
disquisitio l. dispositio. — pag. 69. l. vlt. p. Borussiais l. Borussicis.

ULB Halle
003 341 992

3





H. S. 1120.6.
4, 278.
685
15

DISSE^TAT^O IN AVG^RALIS IVRIS PUBLICI
DE 1783, 9.

**IVRE DELECTVS
IN SACRO ROMANO
IMPERIO.**

QVAM
SVB AVSPICIIIS REGIIS
CONSENSV ET AVCTORATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

PRO
LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE ET LEGITIME
CAPESSENDI

D. XXX. MAY. CCCLXXXIII

H. L. Q. C.
PVBLINE DEFENDET

WILHELMVS SCHLÜTER
HAMBVRGENSIS.

GOETTINGAE,
LITTERIS IOH. CHRIST. DIETERICH
ACAD. TYPogr.